SALONIUS

DE DIALECTIS EPIROTARUM

DE DIALECTIS

EPIROTARUM ACARNANUM ÆTOLORUM ÆNIANUM PHTHIOTARUM

SCRIPSIT

A. H. SALONIUS.
Mag. phil.

HELSINGFORSIÆ.
EX OFFICINA TYPOGRAPHICA HEREDUM J. SIMELII.
MCMXI.

DE DIALECTIS

EPIROTARUM ACARNANUM ÆTOLORUM ÆNIANUM PHTHIOTARUM

SCRIPSIT

A. H. SALONIUS.
Mag. phil.

PERMITTENTE AMPLISSIMO PHILOSOPHORUM IN UNIVERSITATE ALEXANDREA ORDINE PUBLICE EXAMINABITUR IN AUDITORIO HISTORICORUM ET PHILOLOGORUM DIE III MENSIS MAII.

HELSINGFORSIÆ
EX OFFICINA TYPOGRAPHICA HEREDUM J. SIMELII.
MCMXI.

Iuvat hoc loco publice gratum testari animum Carolo Brugmann, Professori universitatis Lipsiensis, cuius in Instituto Indogermanico interfui, scholas grammaticae Graecae audivi per spatium semestre 1909/10; deinde Hermanno Hirt, Professori eiusdem universitatis, qui mihi de nonnullis rebus eum consulenti benigne succurrit. Sed plurimum debeo I. A. Heikel, Professori Helsingforsiensi, praeceptori, amico, qui me ad suscipiendum hoc ipsum opusculum impulit, totum libellum manu scriptum perlegit. — Etiam Jalmaro Jaakkola, Cand. Phil., sodali benignissimo, qui in emendandis plagulis strenue me adiuvit, magnam habeo gratiam.

Facere non possum, quin commemorem iam anno proximo exeunte maiorem partem libri typis fuisse descriptam sed, cum typothetae nostri ab ineunte hoc anno usque ad Cal. Apriles typis usi non sint, nunc demum longo intervallo liber editus est.

De fontibus.

Quo dicendi genere Epirotae, Acarnanes, Aenianes (Malienses), Phthiotae (Achaei) usi sint, ex iis monumentis sermonum cognoscimus, quae in lapidibus et in tabulis plumbeis aeneisque incisa e solo eorum effossa sunt. Paucae sunt apud Hesychium Alexandrinum glossae, quae dicuntur Aetolorum, Acarnanum, Epirotarum esse, neque ex iis certi quidquam de loquendi consuetudine harum gentium comperimus, quippe quae ita inusitatae sint, ut cum certis titulorum exemplis comparari non possint. [1]) Neque ullus scriptor his dialectis in libris scribendis usus est, nihil fere poëtae aut rerum scriptores (Homerus, Thucydides, Herodotus cet.) eius generis memoriae prodiderunt, quod ad indagandos hos sermones adhiberi possit.

Quare si exquirere volumus, quas dicendi consuetudines Epirotae, Acarnanes, Aetoli, Aenianes, Phthiotae habuerint quas ipsorum proprias, quas communes cum vicinis gentibus (Doribus et Aeolibus), quibus in rebus singulae gentes inter se consenserint, quibus discrepaverint, quas

---

[1]) „Glossas ethnicas“ quae ad nostras pertinent dialectos Hesychius enumeravit: Athamanum (gentis Thess., quae postea in Epiro habitabat) septem, Aetolorum sex, Acarnanum tres, Ambraciotarum tres, Epirotarum quinque, Thebanorum (Phthiot. ?) sex. Quarum statim proferre lubet: *κίββα· πήρα. Αἰτωλοί*, quod fortasse ad *κύμβη* referendum est atque exemplum exhibet *-μβ- > ββ = Ἄθαβ-βος : Ἄθαμβος* (Thumb, Handb. 199), cfr. insuper *Τορύββας : Τορύμβας* § 32 p. 129; deinde *δάξα· θάλασσα. Ἠπειρῶται*, quocum cfr. apud Maced. *δ* pro *θ* in *δάνος : θάνατος* „mors“ etc. medias pro aspiratis usurpatas; denique *Ὁμολώιος Ζεύς· Θήβησιν οὕτω προσαγορεύεται ὁ Ζεύς*, quod cognomen Iovis cum Phthiot. mensis nomine *Ὁμολώιος* comparandum est. Cfr. § 18,2 p. 76.

formas antiquiores usurpaverint, quas recentiores, inscriptiones consulendae sunt. Quae quibus temporibus incisae sint, quae inscriptiones nobis certissima dent testimonia, primum dicendum erit.

1. **Epirotarum tituli.** Cfr. Thumb. Handb. 200.

E titulis a Fickio GDI. editis IV a. Chr. n. saeculi sunt nn. 1334; 1335; IV—III n. 1336; III nn. 1337—1339. Quo tempore incriptiones admodum mutilatae et exiguae 1340—1377 scriptae sint, quamvis certe diiudicari non possit, eiusdem eas fere esse aetatis e loquendi genere concluserim. Decretum Epirotarum Magnesiae repertum I Magn. n. 32 non multo ante quam nn. 1338, 1339 scriptum est.

Ne certa cum incertis, vera cum falsis confunderem, titulorum Dodonae effossorum (GDI. II p. 93 sqq.) duos solos adhibendos putavi, qui certe ab ipsis Epirotis sunt exarati: n. 1564 a, b, ubi Ambraciotes quidam Iovem et Dionam consulens nominatus est, atque n. 1565 propter inusitatam formam nominis *Δηώνα(ν)*, quae eadem forma etiam in antecedente titulo invenitur. Itaque tituli 1569—1595, quamvis haud pauci ab Epirotis confecti esse videantur, in exquirenda Epirotarum dialecto omittendi sunt. Sed digni sunt, quos separatim perscrutentur viri docti atque non solum cum Epirotarum sermonis monumentis sed etiam cum aliarum Graeciae gentium inscriptionibus conferant.

2. **Acarnanum inscriptiones.** Cfr. Thumb, Handb. 199.

Plurimi Acarn. titulorum III et II a. Chr. n. saeculis insculpti sunt, quod Dittenberger (IG. IX 1 n. 435—533) et Oberhummer (Akarnanien, 260 sqq.) et e rebus in his inscriptionibus traditis et e forma litterarum acute concluserunt.

Vetusti sunt hi pauci: IG. IX 1 n. 521 = n. 3175 GDI. = n. 329, Röhl IGA., qui, cum versibus heroicis compositus epicae dialecti propria exhibeat, non multum ad antiquum Acarnanum sermonem cognoscendum valet. IG. IX 1 n.

522 = n. 3176 GDI. = n. 330, Röhl IGA. ita est mutilatus, ut nihil certi nobis praebeat. Quo loquendi genere Acarnanes antiquitus usi sint, imprimis e titulo Strati reperto IG. IX 1 n. 442 cognoscere licet, qui ineunte IV a. Chr. n. saeculo litteris varii generis incisus est.

Inferioris sunt aetatis IG. IX 1 nn. 483 (ineuntis I a. Chr. n. saec.); 490 (imper. Rom. aet.); 460; 461, qui vix ante IV post Chr. n. saeculum scripti sunt.

Cfr. quae de titulis Acarn. versibus scriptis § 2 p. 21 sqq. et de tit. IG. IX 1 nn. 443—445 § 2 p. 23 exposui.

3. Aetolorum sermonis monumenta. Cfr. Thumb, Handb. 199.

Ad ea monumenta sermonis Aetolorum, quae Thumb, l. c. enumeravit, haec addenda sunt: primum n. 1409 A GDI. II p. 672 (III a. Chr. saec.), deinde tituli Thermi effosi *Ἐφ. ἀρχ.* XXIII (1905—1906) p. 56 sqq. nn. 1—17, quorum n. 1 *Συνθήκα καὶ συμμαχία* Aetolorum et Acarnanum, c. a. 275 a. Chr. n. exaratus, plurimi faciendus est, quippe cum antiquissimus amplissimusque sit Aetol. titulorum atque miram in dicendi consuetudine praebeat inconstantiam (*ἐν* : *εἰς* c. acc., *ἱππεῦσι* : *ἱππέοις*, *οἱ* : *τοί*), qua Aetolorum et Acarnanum dialectorum propria inter se confusa sunt. — Ceteri III—II a. Chr. n. saeculo incisi sunt.

Etiam arbitrium Aetolorum de Melitaeensibus et Perensibus n. 1415 GDI. (= IG. IX 2 n. 205) *Aetolorum* titulis annumerandum esse arbitror. Quocum Aetolorum arbitria de Melitaeensibus et Xyniensibus atque de Melitaeensibus et Perensibus IG. IX 2 p. XI n. III A, B comparanda sunt.

Amphictyonum decreta, eius aetatis, qua Aetoli eis praeerant (aa. 278—178), nihil fere ad illustrandum proprium Aetolorum sermonem valent, quippe quae plerumque mixta quadam magistratuum (Delph.) dialecto, quae in quotidiano usu non vigebat, scripta sint. Cfr. Thumb, Handb. 188 et J. Baunack GDI. II 662, 672. Quare titulorum GDI. II nn. 2506—2536 exempla non attuli.

4. Aenianum tituli. Cfr. Thumb, Handb. 198.

Inscriptiones Aenianum quamvis paucae volventibus sex fere saeculis IV *ante* — II *post* Chr. n. incisi sunt.

IV a. Chr. n. saeculi est n. 1429 b et probabiliter n. 1429 a.

Tit. 1430 a, b = IG. IX 2 n. 4 a, b, litt. ΑΠοΣ (ap. Rossium Σ), ante a. 279 a. Chr. n. exaratus esse videtur, contra 1431 a, b = IG. IX 2 n. 5 a, b, quem Eustratiadis ante eundem a. 279 scriptum esse conclusit, propter speciem litt. ΑΠΟοΣ post foedus cum Aetolis fractum a. 195 incisum esse putaverim. Cfr. Fick l. c. et BB. VII 253 sqq. et Kern l. c. — II fere saeculi sunt nn. 1432; 1433; 1435; 1436 (= IG. IX 2 n. 31). Titulus versibus compositus 1438, quem Fick dubitans III a. Chr. n. saeculo tribuit, recentioris est aetatis, v. IG. IX 2 n. 59 adn.

E numero titulorum a Kernio IG. IX 2 editorum, qui GDI. non inveniuntur, nn. 6 a, b, c, d, e, f, 8 in dialecto Aenianum exquirenda aliquam habent vim; ceteri I *ante* aut I *post* Chr. n. saeculis in lapidibus insculpti, cum puro fere „Attico Communi“ quam vocant sermone[1]) scripti sint, solum ad cognoscendum, quatenus et quando Aenianes suam antiquam loquendi consuetudinem Communi Atticorum sermone permutaverint, nobis testimonio sunt. Cfr. praecipue § 2.

5. Phthiotarum sermonis monumenta. Cfr. Thumb, Handb. 198.

Maximi interest cognovisse vetustos titulos IG. IX 2 nn. 95 et 199, (nn. 140 et 209 minoris sunt momenti), atque insuper tit. Lam. IG. IX 2 n. 60, qui, quantum e litteris *στοιχηδόν* exaratis apparet, IV a. Chr. n. saeculi est.

Eius aetatis, qua Phthiotae socii erant foederis Aetolici, aa. 279—193, hi sunt tituli: 1439—1441;[2]) 1456; 1457; 1453 (= IG. IX 2 n. 208); 1454 (= IG. IX 2 n. 210); IG. IX 2 n. 221.

[1]) Infra voce „Communis sermo“ haec ipsa Communis Attica dialectus significatur.

[2]) 1442 et 1443 = IG. IX 2 nn. 84 et 83 incertae esse aetatis e varia litterarum forma concluserim.

Aetate foederis Thessalici hae inscriptiones incisae sunt: 1444—1452; 1458; [1]) 1459; 1461 I, II; atque e titulis IG. IX 2 editis nn. 64; 66 a; 104; 107 et probabiliter nn. 132; 133; 223; 224.

Cetera Phthiot. sermonis monumenta aut exigua sunt aut inferioris aetatis, qua Phthiotae Communi uti incipiebant dialecto, cfr. § 2 p. 20 sqq., p. 26 sqq.

Omnium recentissimi sunt lamina gnostica IG. IX 2 n. 232, saeculi fere II *post* Chr. n. exarata (cfr. quae Wilamowitz adnot.) et miliarium ibid. n. 222 a. 283 *post* Chr. n. positum.

Addenda et corrigenda.

OIVKON (= *οἶκον*) IG. IX 2 n. 232, 19, 50, (II fere post Chr. n. saec.). Lapicida, cum in dubio haereret, utrum OI an V exararet, quia ea aetate *οι = υ* pronuntiabatur, utrumque huius soni signum inculcavit.. Cfr. § 14,2. — Add. ad. p. 41. IG. IX 2 p. X n. I A vs. 14 *ἐγ κίονας δύο*, sed ibid. vs, 20 *εἰς κίονας δύο* leguntur.

p. 3, 14 saeculo; p. 15, 14 commemorandum; p. 18, 3 augmento; p. 19, 21 magistratuum; p. 24, 5 XXIII **n.** **3,1**; p. 28, 2 (infra) proprium; p. 30, 8 (infra) incisus; p. 31, 15 (infra) Meisterhans; p. 31, 13 (infra) *βοαθοούντω*; p. 33, 7 *ἔγκτησιν*, 11 (infra) *ἔγκτασιν*; p. 42, 11 (infra) I Magn. 91 **d** 9; p. 52, 11 mom. **4**; p. 54, 11 (infra) saecula; p. 55, 5 (infra) remansit; p. 59, 12 V pro VI; p. 66, 7 (infra) diphthongus; p. 67, 9 (infra) secundum **in** delendum est; p. 79, 9 exprimendam; p. 89, 12 (infra) *οἰκογενῆ* in mom. a) afferendum est; p. 90, 15 (infra) Acarnanum *IG. IX 1 n. 516;* p. 95, 1 contendit; p. 97, 15 (infra) **sit**; p. 99, 4 (infra) aetatem; p. 107, 6 (infra) *πεντακόσιοι*.

---

[1]) Fick l. c. „Wol noch aus ätolischer Zeit", sed Kern IG. IX 2 n. 215 litt. dedit, quae recentioris sunt aetatis: ΑΠΣ.

I. DE SONIS.

A. De vocalibus.

§ 1. *ᾰ*.

1. In quibusdam vocibus *ᾰ* et *ε* in vicem reperiuntur, ita ut in occidentalibus Graecae linguae dialectis saepissime sit *ᾰ*, in orientalibus *ε*. Cum nostri tituli in huiusmodi vocabulis iam illum iam hunc praebeant sonum, singula exempla nobis tractanda sunt. Utra vocalis primigenia sit, non semper iudicari potest.

a. *Ἄρταμις: Ἄρτεμις*, nomen deae et vocabula inde derivata, semper *ε* habent:
Epir. *Ἀρτέμιδι* I Magn. 32, v. 7, 23; *Ἄρτεμιν* ibid. v. 7.

Acarn. *Ἀρτέμιδι* IG. IX 1 n. 455,2 (IV a. Chr. n. saeculi); I Magn. n. 31,20; — Mitt. XXVII, p. 334 n. 8,4 genetivum, probabiliter *Ἀρτεμᾶ* aut *Ἀρτεμοῦ* exaratum esse putavit Preuner l. c., utramque formam in nummis Acarn. inveniri commemorans; v. Oberhummer, Akarnanien, pp. 309, 314.

Aetol. *Ἀρτέμιτος* 1428 h 1; *Ἀρτέμιτος* IG. IX 1 n. 414; *Ἀρτέμιτι* IG. IX 1 n. 421; *Ἄρτεμιν* I Magn. n. 28,7, 2; *Ἀρτ[έμιδος]* 28, v. 6.

Aenian. Nomen mensis ex deae nomine derivatum *Ἀρτεμι[σίου]* 1435,2.

Phthiot. *Ἀρτέμιδι* 1464,6; 1465,4; et restituta priore parte nominis *[Ἀρτ]°* 1473,3; *Ἀρτέμιδι* IG. IX 2 n. 1328; *[Ἀρτ]έμιδι* ibid. n. 141; n. 1363,3.

Ἄρταμις forma est genuina ex legibus Graecae linguae ad masculinam *ἄρταμος* („lanius“ apud Xenoph., „homicida“ apud Sophocl.) referenda. Postquam vis vocis obscurata est, nomen *Ἄρταμις* cum simillima voce *ἀρτεμής* „validus“, „sanus“ commisceri coeptum est. Ita optime explicari potest, cur in eis dialectis, Cret., Heracl., Locr., aliis, quae *ᾰ* accuratissime servaverint, aut solum *Ἀρτεμ-* aut *Ἀρτεμ-* et *Ἀρταμ-* promiscue usurpata sint. Qui formam *Ἄρτεμις* ε in locum *ᾰ* e verbo *τέμνω* accepisse docuerunt, mihi non persuaserunt. V. Schweitzer, Pergam. Inschr. 98. Alii, Prellwitz, Etym. Wörterb., Hoffmann Gr. Dial. II 235, G. Meyer, Gr.[3] 102, Brugmann, Gr.[3] 71, Buck, Amer. journ. of philol. X 463 sqq. *Ἄρτεμις* ad *ἀρτεμής* referunt et *Ἄρταμις* assimilatione ortum esse putant. Cui sententiae duae repugnant res: primum quod illa nominis forma non nisi in recentioribus Doricis et Delphicis titulis reperitur; deinde quod rarissime in Graeca lingua vocalis posterioris syllabae antecedentis syllabae vocali assimilata est. [1]) Brugmann, Gr.[3] 70 sqq., Mayser, Gr. d. Gr. Pap. 151.

b. De vocalibus *α : ε* in voce *ἱαρός : ἱερός* adhuc nihil certi constat, v. Brugmann, Grundriss I 231, Gr.[3] 122, 193 adnot., ubi complures viros, qui de hac re egerunt enumerat, Schulze, Quaest. epic. 210, G. Meyer, Gr.[3] 158, Hirt, Griech. Laut. u. Formenl. 119, Schweitzer, Pergam. Inschr. 36 sqq. Buck, Gr. Dial. Tabula I; Solmsen, Unters. 147, alii. — Sine dubio hae variae formae cum simillimis *ὕαλος : ὕελος*, *σίαλος : σίελος*, *ψίαθος : ψίεθος*, *φιάλη : φιέλη*, *μιαρός : μιερός*, aliis eiusmodi comparandae sunt. Hirt l. c. legem constituit in Att. Ion. dialectis post vocales *ι, υ* sonum *α* in *ε* mutatum esse, at parum hac regula proposita docuit. Mihi *α* et *ε* varia signa *eiusdem* fere soni a—ę esse videntur. Post clausas vocales *ι, υ* in eis Graeciae regionibus, ubi omnes vocales apertiores pronuntiabantur, hic sonus littera

[1]) Qui *Ἄρταμις* ex *Ἄρτεμις* assimilata *α*-vocali ortum esse explicaverunt, hanc mutationem ope vocis *ἄρταμος* factam esse non contenderunt.

α, in ceteris, quae clausas vocales habebant, signo ε exprimebatur. Illa scribendi ratio, quae olim Doriensium dialectorum propria fuit, paulatim consuetudini sermonis Attici, Ionici, Communis cessit, ita tamen, ut formae utriusque generis semper apud Graecos in usu fuerint et etiam nunc hodie sint, v. Thumb, IF. VII 30, 34, Hatzidakis, Einl. 316, Schweitzer l. c.

Adnot. Alienum non erit hoc loco admonere in Fennica lingua eandem esse vocalium variationem: *hiaroa : hieroa; sialu : sielu; miäli : mieli; myähä : myöhä,* alia; formae -ie-, -yö- in sermone litteris exculto in diem frequentiores fiunt, -ia-, -yä- in compluribus dialectis exstant.

Nostri tituli, quorum nullus IV a. Chr. n. saeculo antiquior est, plurimi III vel II saeculis exarati sunt, duobus exceptis exemplis, solas formas ε-litteram exhibentes agnoscunt, similiter atque monumenta Locrensium et Phocensium (uno excepto exemplo) et Atticorum. Cum ἱαρός (vel ἰαρός) antiquissima forma in occidentalibus Graeciae dialectis sit, non dubitari potest, quin illa exempla ιαρ-stirpem exhibentia in nostro sermone primigenia et eius propria sint, quamquam postea, ut in omnibus Graeciae partibus stirps ἱερ- inde a IV a. Chr. n. saeculo in locum ἱαρ-stirpis successit. [1]) Exempla haec sunt:

Epir. Ἱεράν I Magn. 32,26.

Acarn. Ἱεραπόλου 1379,1; 1380 a 1; °[ου] 1380 c 1; Ἱεροθύτας 1389,20; Ἱεροφόρος 1389,16; Ἱεράν I Magn. 31,19, 30; Ἱεραπολούσας Mitt. XXVII 336 n. 9.

Aetol. ἱεράν 1411,5; ἱεροῦ 1413,27; ἱερομνάμων I Magn. 91 d 3; συνιερομναμόνων 91 d 9; ἱερόν I Magn.; ἱερῶι Ἐφ. ἀρχ. XXIII n. 2 vs. 9 (circa a. 250 a. Chr. n.).

---

[1]) In titulis Cois stirpem ιαρ- anno circiter trecentesimo apparere desivisse et iam exeunte IV saeculo ιερ- praevaluisse ostendit Barth, Coor. tit. dial. 30; post III saeculum in Rhodiacis inscriptionibus ιαρ- nusquam reperiri testis est Björkegren, Dial. Rhod. 22 sqq.; in Delph. tit. CI 1688 Amphictyon. anno a. Chr. n. 380 exarato quater et vicies ἱερ-, vicies ἱαρ- est, in Cret. tit. II a. Chr. n. saeculi iuxta 44 ἱαρ- 98 ἱερ- sunt, etc.

Aenian. In inscriptione Hypatae reperta forma Communis dialecti ἱερέως restituta est IG. IX 2 n. 34.

Phthiot. Nomen proprium Ἱέρωνος gen. sg. 1461 I 34; ἱερεύς IG. IX 2 n. 112; [τῷ]ἱερῖ (dat. sg. ad nominat. ἱερεύς referendus) in tit. IG. IX 2 n. 92 Communi sermone scripto. ἱερατεύσασα ibidem „addendis addenda" n. 1359,2 (litt. ΑVΣ)

Iuxta quas formas bis ἱαρ- invenitur: in titulo Aetol. 1420,1 ἱαροφυλάκων, (lapis: ΙΑΡΩΦΥΛΑΙ///) quantum ex forma litterarum colligi potest, II. Chr. n. saeculo vix vetustiore; [1]) in inscriptione Aetol. Ἐφ. ἀρχ. XXIII n. 8 γ, III ut videtur saeculi, et ἱερ- et ἱαρ- sunt: ἱαρὰν καὶ ἄσυλον εἶμεν vs. 11; ψᾶφον ἱερομναμονικὰν vs. 21.

c. [τεσσ]αρ- Epir. 1347,8, forma Communis sermonis est; antiqua forma Doridis et Dialectorum occidentalium propria τετορ- (etiam in dial. Locr. 1479,4 et Phoc. apud Coll. restituta 1529,1; v. etiam Buck, Gr. Dial. Tabula I) in nostris inscriptionibus non invenitur. Ionicum et Arcadicum est τεσσερ-. Cf. §§ 30, 45.

d. Dorica particula κά, quae etiam apud Locrenses et Phocenses in usu fuit, in titulis Epirotarum et Aetolorum frequenter nobis occurrit:

Epir. κα: 1357,5, 1359,8.

Aetol. tituli apud Coll. decem praebent exempla; in inscriptione Ἐφ. ἀρχ. XXIII n. 1, III a. Chr. n. saeculo ineunte scripto quinquies est; ibid. n. 8 γ, eiusdem fere aetatis, bis κα exhibet vv. 15, 18. [2])

Medio II a. Chr. n. saeculo ἄν ex Communi sermone irrepsisse videtur: Phthiot. 1461 II 62. ἄν particulam in tit. Epirot. 1359,5 [ἐπεὶ ἄν] non recte restitutam esse puto, cum in eodem titulo vs. 8 κα sit, et ἄν in locum κα particulae non nisi in recentissimis titulis, constanter κοινὴν exhibentibus, successerit, v. Buck. Gr. Dial. 98 adn. c.

---

[1]) Cf. quae infra § 36 de ω pro ο in ἱαρω- posito egi.

[2]) De κα particula cum coniunctivo usurpata, cum optativo omissa cf. § 46.

De etymologia *κέν, κὲ; κά, κα̅́* v. Brugmann Gr.[3] 543; G. Meyer Gr.[3] 60 sqq; Solmsen, KZ. XXXV 463 sqq.

γέ Phthiot. IG. IX 2 n. 1330 Communi sermoni attribuo; tit. litt. ΑΣ◇ habet.

Adn. Singularis et permira est forma *γέν (= γε?)* Epir. 1369,2. Fick BB. III 281 *Τάγην* nomen proprium restituit, apud Coll. *τά γεν* scripsit. Smyth, Gr. Dial. I 140, adn.: „The Epirotic *γέν* can scarcely be regarded as a survival of an original *γέν*.“ Mendum lapicidae hoc loco latere puto, nam *γέν* e *γε + ν* ephelc. ortum esse non possumus autumare, cum ipsa *γε* particula nova sit et *ν* ephelc. inusitatum fere (cf. § 34) in monumentis Epirot. Joh. Baunack, KZ. XXV 243. Neque Smythii sententiam, quam ipse dubitans protulit, approbare audeo, cum nusquam alias in Graeca lingua, ne in antiquissimis quidem monumentis, hanc voculam, quam saepissime usurpatam esse exspectes, reperias.

e. *-θεν, -θε, -θα.* In nostra dialecto semper *-θεν* est, e. g. Aetol. *μηθαμόθεν* 1410,3; *μηδαμόθεν* 1411,10; *ἔμπροσθεν* 1409,5; *ὅθεν* I Magn. 91 d 7; in titulo Phthiot. archaico IG. IX 2 n. 209, (litt. ΑV, Roehl, Imag.[2] p. 24 n. 7) *-θεν* nomini oppidi cuiusdam affixum est: *Σεκυώναθεν*. Vide quae de vi atque usu harum terminationum nuperrime egerunt Hatzidakis, Glotta II 2; Buck, Gr. Dial. 97; praeterea Nachmansson, Magn. Inschr. 18, 19, ubi complures, qui hac de re disseruerunt, enumerantur.

f. *ἕνεκα : ἕνεκεν.* Illam formam semel repperi: Epir. 1370,5 *[---- ἕν]εκα*, quod ultimum vocabulum est inscriptionis; ceteroquin *ἕνεκεν* ubique invenitur, e. g.

Aetol. 1416,4 (= 1417,4); 1418,2; *[ἕνεκε]ν* 1413,14; IG. IX 1 n. 415,4 (ineuntis III a. Chr. n. saeculi); *Ἐφ. ἀρχ.* XXIII n. 5 (Locrensium est!); ibid. n. 6 vs. 3; n. 9 *θ*. vs. 1.

Aenian. 1433,4;

Phthiot. IG. IX 2 n. 227 (Rom. aetatis.)

Acarn. restit. IG. IX 1 n. 520,6.

Quantum ex his exemplis colligi potest, *ἕνεκεν* nostri sermonis proprium est.

g. In antiquissimo Aetolorum titulo *Ἐφ. ἀϱχ.* XXIII n. 1 v. 29 circa a. 275 a. Chr. n. in lapide inciso *ἄτεϱοι* est. V. Buck, Gr. Dial. 22 „So far as we know, *ἕτεϱος* belongs to Attic-Ionic only, all examples in other dialects being late.“ Brugmann, Gr.^{3} 211; G. Meyer, Gr.^{3} 71, 495.

2. Dissimilatione vocalium, quae dicitur, *ᾰ* vocali *ο* successisse videtur in vocibus compositis *ἱεϱα-πόλου* Acarn. 1379,1; 1380 a 1; ^{0}*[ου]* 1380 c 1, *ἱεϱαπολούσας* Acarn. Mitt. XXVII 336 n. 9; contra in *ἱεϱοφόϱος* Acarn. 1389,16, in quo composito aequo iure *α* pro *ο* exspectes, *ο* remansit; in eis compositis, quorum secunda pars alias post priorem *ιεϱο-* exhibeat vocales quam *ο*, sonus *ο* vocis *ιεϱο-* suo loco mansit; exempla paulo supra § 1,2 invenias. *Νεαπολίται* dat. sg. *Ἐφ. ἀϱχ.* XXIII n. 13 v. 2 *α* pro usitatissimo *ο* habet.

3. Pro *m̥* in nostris titulis est *α*, e. g. *δέκα, δέκατος, ἑκατόν* Acarn. I Magn. 31,36, *ἑκατόν* *Ἐφ. ἀϱχ.* XXIII 1 vs. 28.

4. *n̥* sonanti in numeralibus in *-κοσιοι, -κατιοι* exeuntibus in nostra dialecto, ut in Locrensium et Phocensium sermone, non *α* sed *ο* respondet. At titulorum testimonia tam recentis temporis sunt, ut antiqua dialectus iam Communi sermoni in omnibus Graeciae partibus cesserit, e. g. IG. IX 2 n. 56 *πεντακόσια* vs. 2; *ὀκτακόσια* vs. 4,[1]) qui titulus *post* Chr. n. incisus est. In antiquioribus titulis, ut in plurimis Doriensium dialectis (v. Buck, Tab. I et p. 89) *α* hoc loco fuisse videtur. v. Brugmann, Grundr. I^{2}404; Gr.^{3} 85, 214; G. Meyer Gr.^{3}, 51, 497.

5. *r̥* in nostro sermone item atque in Doricis et Attica dialectis *ϱα* sonis redditum est; qua re ab Aeolide[2])

---

[1]) In nomine *εἰκάς, -άδος α* in omnibus dialectis est.

[2]) De Thessalorum linguae usu confer inter se Reuter, Dial. Thess. 28, Prellwitz, De dial. Thess. 8, qui *στϱατ-* a Thessalis usurpatum esse testantur et Buck, qui Gr. Dial. Tab. I et p. 18 *ϱο* < *r̥* Thessalicae dialecti fuisse proprium et *ϱα* e Communi sermone irrepsisse docet.

distat, congruit cum lingua Locrensium et Phocensium. Cf. Thumb, Handb. 209; Meister, Gr. D. II 216. Exempla numerosa e titulis afferre non necesse est; satis erit commemorasse stirpem *στρατ-* in monumentis Epir. Acarn. Aetol. Aenian. Phthiot. frequentissime occurrere uno excepto exemplo, Aenian. IG. IX 2 n. 6 e, ubi *ο* loco *α* vocalis est in nomine patris hominis peregrini (Thessalici) proxenia ab Aenianibus donati: *Πε[τρα]ίωι Πολυσ[τ]ρό[του* — — — *Κραννωνίοις.* —

Omnino *ᾰ* numquam suo loco ab *ο* vocali submotum est, quod in dialectis Lesb. Boeot. Thess. nec non in sermone vicinarum gentium Locrensium *(Περϙοθαριᾶν* 1478,22, 27) et Delphorum *(ἐντοφήια)* factum est. G. Meyer, Gr.[3] 71; Brugmann, Gr.[3] 85; Buck, Gr. D. 18.

§ 2. ᾱ.

Genuinam Graecae linguae vocalem *ᾱ*, cui in Ionica dialecto *η*, in Attica et Communi partim *η* partim *ᾱ* respondent, nostri tituli in stirpibus vocabulorum, in suffixis, in terminationibus nominum in *ᾱ* exeuntium usque ad primum a. Chr. n. saeculum servaverunt. Sed iam ante id tempus *η* pro *ᾱ* (item atque in Attide) usurpatum est in nominibus hominum peregrinorum, quippe qui eadem nominis forma qua in patriis suis appellarentur. In aliis vocibus *η* vocali *ᾱ* successit inde a II a. Chr. n. saeculo praecipue in eis titulis, qui etiam alia Communis sermonis vestigia habent.

1. *ᾱ* ubique servatum.

a) *ᾱ* in stirpibus vocabulorum:

ἁγε- quae est stirps temporis praesentis verbi *ἁγέομαι* et *ἁγησι-* stirps ad aoristum eiusdem verbi referenda in permultis nominibus propriis nobis occurrunt.[1]) Cf. Bechtel-Fick, Gr. Prsnn.[2] 134.

---

[1]) Verbum *ἁγεῖσθαι (: ἡγεῖσθαι)* a verbo *ἄγειν* separandum et eiusdem esse stirpis atque verbum Latinum *sāgire* arbitror.

Acarn. Ἁγημών 1383,1; Ἁγήτα gen. sg. 1380 a 2; [1380 c 2] Ἁγημόνος Mitt. XXVII, p. 351 n. 24 (III, ut videtur, a. Chr. n. saeculi). Ἁγησάρχου IG. IX 1 n. 516,2. [1])

Aetol. Ἁγεμόνο[ς] 1428 h 1; Ἁγήσων 1428 i 10; Ἁγήσωνος 1420,4; Ἐφ. ἀρχ. XXIII n. 1 vs. 19; Ἁγήτα (gen. sg.) 1428 i 8. [2])

Aenian. Ἁγελόχου 1430 b 5; Ἁ[γε]λόχου 1430 a 5 [3]) Ἁγεμάχου 1432 a 2; nomen appellativum Ἁγητῆρα 1438,8.

Phthiot. Ἁγησαρέτο[υ] 1461 II 64; Ἁγησάνδρου 1461 II 29, 30. [4])

ἁδυ : ἡδυ:

Phthiot. Ἅδυμος 1470,1; Ἁδύμου 1470,1, 3; IG. IX 2 n. 230.

Ἀθάνα: Acarn. τᾶς Ἀθάνας 1395,1; Aetol. Ἀθάνας 1413,10; [Ἀθά]ς 1413,18; Ἀθάναι 1413,6, 22; Phthiot. IG. IX 2 n. 79 etiam in nomine hominis ex deae nomine derivato: [Ἀ]θανάδ[ας] Acarn. 1398,1; [Ἀθ]ανάδα Aenian. 1432 a 4. De nomine gentili Ἀθαναῖος : Ἀθηναῖος infra egi.

ἁλίας: Acarn. IG. IX 1 n. 518,3, quo nomine apud Corcyraeos, Epidamnos, alios Dorienses concilium populi appellabatur; vide Oberhummer, Akarnanien 271 sqq.; G. Meyer, Gr.[3] 87, praeterea quae Solmsen, Untersuchungen 285 sqq. de origine vocis disseruit.

ἁλικίας: Phthiot. 1459,7. V. Solmsen, Untersuchungen, 195.

---

[1]) Priorem partem huius nominis ad aoristum ἁγήσασθαι referendam esse arbitratus spiritum asperum pro leni l. c. posui.

[2]) Fick l. c. spiritum asperum posuit, in eodem nomine in tit. Acarn. 1380 a 2; [1380 c 2] spiritum omisit.

[3]) Fortasse prior pars nominis ad verbum ἄγειν revocandum et spiritus omittendus est?

[4]) De his nominibus idem quod in adn. 1 dixi valet.

ἁμέρα: Epir. *ἁμέρα[ς]* 1357,6; *[ἁμέρα]ς* 1358,6; ad eandem stirpem refertur *[σάμερον]* 1358,5; *[σά]*^{0} 1357,6, forma Doridis proprior, cui Iadis *σήμερον*, Attidis *τήμερον* respondent. [1])

Acarn. *ἅματα* IG. IX 1 n. 484,5, III a. Chr. n. saeculi, Dorica vox est.

Aetol. *ἁμέραις* *Ἐφ. ἀρχ.* XXIII 1 vv. 27, 28, 30; *ἁμερᾶν*, *ἁμέρας* vs. 34.

Aenian. *Ἀγαθαμερίς* IG. IX 2 n. 14 a. v. 2.

Phthiot. *Εὐαμερία* 1451 c 1; *Εὐαμέρου* 1461 I 15.

Ἄπειρος et *Ἀπειρῶται* saepissime in titulis Epiroticis sunt.

Ἀσκλᾱπ: Acarn. *Ἀσκλαπιῶι* 1385 b 1; et restituto initio vocis *[Ἀσκ]λαπιάδι* IG. IX 1 n. 485,9.

ἀώ acc. sg. vocis *ἀώς* Aetol. *Ἐφ. ἀρχ.* XXIII n. 1,4. Ionica forma est *ἠώς*, Aeolica *ἄυως* i. e. *ἄFως* (non *αὔως*); aliter Brugmann, Gr.³ 50, 54 qui Lesb. *αὔως* ad **ᾱυσως*, revocavit, diphthongum *ᾱυ* sibilante excisa posteriorem partem *υ* ante sequentem vocalem amisisse arbitratus. V. Solmsen KZ. XXIX 92. Cf. infra §§ 22, 49.

βοᾱ-: Aetol. *βοαθοεῖν* *Ἐφ. ἀρχ.* n. 1 vv. 25, 28; *βοαθοούντω*, *βοαθοίας* vs. 30; 35; *βοάθοιαν* vs. 35; cf. § 22.

δαμ-: Epir. In his nominibus hominum prior pars *δαμ-* est: *Δαμ.* 1353,6; *[Δ]άμαρχ[ο]ν* 1338,10; *[Δαμάρχ]ου* 1338,6; *Δαμέ[α]* gen. sg. 1338,6; *Δ[αμέα]* 1338,10; *Δαμοίτας* 1352,10; *[Δ]αμοξένας* gen. sg. 1356,3; *Δαμοσ[θένης]* 1360,5; in verbo composito *δαμ-* inest: *παρεπεδάμησαν* I Magn. 32,40; secunda pars est compositi: *Εὐδάμου* 1357,9; *Μενεδάμου* 1334,7; 1335,4.

---

[1]) De *σ* = Atticorum *τ* v. Smyth, Gr. Dial. 305; aliter G. Meyer Gr.³ 298, Brugmann Gr.³ 98.

Acarn. ἐνδαμήσας IG. IX 1 n. 516,4; τάν τε ἐνδαμίαν ibid. v. 5; Δάμωνος Mitt. XXVII pag. 333 n. 5; Δαμοκ--- IG. IX 1 n. 446,5; Δαμίων IG. IX 1 n. 487,4, quod nomen in Ambracia usitatissimum fuit. V. Oberhummer, Akarnanien, 271 et add. ad pag. 161; δᾶμον I Magn. 31,19; Ἀριστοδάμου ibid. vs. 8; Ἀριστόδα[μου] ibid. vs. 42.

Aetol. Nomina appellativa: δάμου 1413,6; [δάμωι] 1424,1; δᾶμον 1413,12; δαμοσίαν 1415,12; δάμωι I Magn. 91 d 2; ἐνδαμίαι 91 d 3 (II a. Chr. n. saeculi). Nomina propria: Δάμαρχον 1428 l 1; Δαμίππας 1428 f 3; Δαμόξενος 1415,37; Δαμοτέλης 1425,7; [Δα]μοκράτεια 1428 f 1; hoc quod Fick pro [Ἑρ]μοκράτεια legi posse adnotavit, praefero, quia nomina a Δαμ- incipientia in nostris titulis frequentissima sunt, cum nomina Ἑρμο- exhibentia inaudita fere sint. (V. Dittenberger IG. adn. ad n. 403). Δαμοκρατείας IG. IX 1 n. 422,4; δαμ- secundo loco in composito nomine est: Εὐθύδαμε 1428 k 1;[1]) Ἀριστόδαμον I Magn. 91 c 9; et restitutus nominativus eiusdem nominis vs. 4.

Aenian. Δαμ.. 1432 a 4 „fortasse Δάμ[ων]ος“ Baunack, Index; Δαμο.. 1432 a 14; Δαμόφαντος nom. sg. IG. IX 2 n. 8, v. 23; Χαρίδαμος Ἀθανα[ίου] et saepius IG. IX 2 n. 6 b v. 3; Ἀριστόδαμος ibid; Νικοδά[μωι] 1432 a 16; Ὀ[ρθ]όδαμος 1435,10; [Ὀρθοδ]άμου 1435,1 (tit. 1435 secundo dimidio II a. Chr. n. saeculi in lapide incisus esse videtur); [Εὐθυ]δάμου 1432 a 19.

Phthiot. δάμου 1440,5; Δάμαρχος 1449,6 (Lebas ⁰ας); Δαμοθοίνας 1461 II 41 (medii II a. Chr. n. saeculi); Δαμοθοινίου (Baunack, in indice ⁰νου, tacito scriptoris errore scripsit); Δ[αμ]οκλέο[ς] 1439,4 („ebenso möglich Δικο⁰, St. ΔΙΙ.Ο⁰“, Baunack, Index); Δαμοκράτεος 1471,2; Δα[μομ]ένει 1446,5 (St. ⁰ενει, Baunack, l. c.); Δαμοσθένεος 1442,1; Δαμοσθένης 1442,2; Δαμοφείδης 1454,1; Δάμωνος quinquies, et qua-

---

[1]) Vide Bechtel-Fick, Gr. Prsnn.[2] 90 „Die Unterscheidung der Elemente -δᾶμος und -δᾱμος ist selten möglich. Εὐθύδημος aber auch Εὐθυδάμας“.

ter partim restitutum est. — *[Εὐ]θυδάμου* 1459,3; *Εὐρυδάμου* 1461 I 68; *Κ[λε]οδά[μου]?* 1444,3; *Νικοδάμου* 1446,4; 1447,3.

E titulis IG. IX 2 haec collegi exempla: *δάμου* 132,2, II a. Chr. n. saeculi; *Δάμων[ος]* n. 85 (Α≶, III a. Chr. n. saeculi); *Δαμοφῶνος* n. 66 a 2 (circa annum a. Chr. n. 170 exarat.) *Δαμόξενος* 113,1; *Δαμόξενος* 200 (stela sepulcralis Rom. aet.) *Δαμαινέτου* 90,30; 167,17; *Δαμαίνετος* 91 c 62. — *Ἀγασιδάμου* n. 206 I a 16, titulus litteris inferioris aetatis incisus $\bar{α}$ omnibus locis servavit; *Ἁρμοδάμου* n. 82; *Ἀρχιδάμου* n. 206 I b, vs. 3; *Ἀρχίδαμος* n. 91 a 43; *Ἀρχιδάμου* 91 a 46;

εἰράνα : εἰρήνα. De variis formis et origine huius vocis viri docti dissentiunt: G. Meyer, Gr[2] 77, aliter idem, Gr[3] 98; Hoffmann, Gr. D. I 136, II 529, III 337; Meister, Gr. D. II 93, I 69, cuius sententiam Smyth, Gr. D. I 196 iure reiecit; Brugmann, Gr.[3] 32, Spitzer, Arcad. Dial. 20, alii. — Cum *η* non solum in Ion.-Attic. Communi sermonibus, sed etiam in titulis Lesb. (Hoffmann, Gr. Dial. II 529), et Cret. (v. G. Meyer, Gr.[3] 98) nec non apud Pindarum, Bacchylidem et in fragmentis Alcmani inveniatur, *η* ex antiquissima Graecae linguae aetate traditum esse et hanc vocem ad primariam formam **ε-Ϝιρηνα* revocandam esse non a veritate abhorret. In voce *(ε)ἰράνα* $\bar{α}$ e substantivis in *-$\bar{α}$να* exeuntibus, fortasse ope soni *ρ* vicini, in locum *η* genuini succedere potuit. — In nostris titulis, antiquam dicendi consuetudinem servantibus, uno excepto exemplo in tit. Aetol. *Ἐφ. ἀρχ.* XXIII n. 1, circa a. 275 a. Chr. n. exarato, *εἰρήναν*, est $\bar{α}$, similiter atque in monumentis Locrensium et Phocensium:

Epir. *εἰράνας* 1339,12; et restitutum *[εἰράναι]* 1341,8.

Acarn. *εἰράνας* 1379,20; 1380 a 14; 1380 b 10; et restit. [1380 c 11].

Aenian. *εἰράνας* 1435,7; *ε[ἰράνας]* 1431 b 11; et suppletum [1431 a 2].

Phthiot. *Εἰράνα* 1450,4; *Ε[ἰρ]άνας* 1461 I 6; *εἰράνας* octies, et quinquies, partim vel totum restitutum est.

ἐπιτάδευμα: Phthiot 1447,11, *ἐπι[τ]αδεύματος* 1447,7; *[ἐπι]τάδευμα* Acarn. IG. IX 1 n. 516,10.

[ζα]μίαν: Aetol. 1410,12; *ζαμίαν* Ἐφ. ἀρχ. XXIII n. 8 γ vs. 18.

ἰατρός: *Ἱππίατρος* Phthiot. 1447,5.

κάρυκι: Aetol. 1415,25.

λαός < **λᾱϝος*. *α* longum, cui in antiqua Iade *η*, in Attide et recentiore Iade *ε* (per metathesin quantitatis, quae dicitur) respondent, genuinum est, neque, ut antea constabat, amisso digammate ex *ᾰ* productum. E plurimis titulorum testimoniis apparet nostras gentes eadem ratione usas esse qua Boeotos, Thessalos, Arcades: coaluit *ᾱο* in *ᾱ*, si *λαος-* in priore parte compositi collocatum erat, non coaluit, si in altera. Cuius rei testimonia in § 22 attuli, v. praeterea § 35, ubi copiosius de formis a nostro sermone alienis egi.

ματρ-: Acarn. *Ματροπολίτα* gen. sg. 1379,11; 1380 a 6; [1380 c 5]; IG. IX 1 n. 516,3; *μάτηρ* Mitt. XXVII p. 349, 1 (II-I a. Chr. n. saec.).

Aetol. *ματέρα* 1413,12; *ματρός* 1426,2; *[Μ]ατρ[(ο)]φά-[(ν)]ης* 1425,7; [1]) *Ματροπολίταις* Ἐφ. ἀρχ. XXIII n. 2 v. 4, *Ματροπολιτᾶν*, gen. pl. ibid. vs. 7—8.

Phthiot. *Ματροπολίταν* 1439,5 (aa. 279—193) *Ματροπολίτα* IG. IX 2 n. 66 a 1 (circa a. 170 a. Chr. n.) [2])

μνασ-, *μνασι-*, *μναμον-:*
Epir. *[Μν]άσωνος* 1365,12.

Acarn. *Μνασιστράτου* 1389,8; *Μνασείας* IG. IX 1 n. 446, probabiliter III a. Chr. n. saeculi; *Μνασικρά[τεος]*, III a. Chr. n. saeculi IG. IX 1 n. 485 a 16; *[Μ]νασίλοχος* Mitt.

---

[1]) Ex lapidis *ΑΤΡΑΦΑΤΗΣ* alii *Ἀντιφάτης* suppleverunt, at iure Fick *Ἀντιφάτας* scribendum esse commonefecit.

[2]) De *Μητρ-* in nominibus propriis eodem fere tempore nobis occurrente v. infra in hoc §.

XXVII p. 334 n. 8 v. 17; — *προμνάμονος* 1379,5; 1380 a 2; *[προμνάμο]*^{0} 1380 c 1; *συμπρομναμόνων* 1379,7; 1380 a 3; [1380 c 2]. *[προ]μνάμονος* IG. IX 1 n. 516,1; restit. ibid. vs. 2 *[συμπρομναμόνων]*.[1]

Aetol. *Μνασιπτόλεμον* *'Εφ. ἀρχ.* XXIII n. 8 *γ* v. 6; *ἱερομναμονικάν* ibid. vs. 21; *ἱερομνάμων* I Magn. 91 a 3; *συνιερομναμόνων* 91 d 6.

Aenian. *Μνάσωνο[ς]* 1431 b 16; *[Μνα]σίωνος* 1432 a 16.

Phthiot. *Μνασιαρέτου* 1461 I 65, *Μνασ[ι]αρέτου* ibid. 66, *Μνασαρέτου* ibid. 68;[2] *Μνασιθέου* 1461 II 64; ^{0}*[έου]* ibid. v. 63; *Μνάσων* IG. IX 2 n. 91 c 65; *[Μ]νασίθεος* n. 96,2; *Μνασιλαΐδα* 206 II b 10. — *Θεομνάστου* 1441,15; *Πολύμναστος* 1456 a 16 (Leake falso ^{0}*μνιαστος* scripsit, quod nomen novum et inauditum est). *Πολυμνάστου* 1457 a 7; ^{0}*λυ*^{0} 1457 b 15.

ὀνασ-: Phthiot. *'Ονασίς* IG. IX 2 n. 206 II b, II ut videtur saeculi, *ᾱ* etiam alias servatum est. *'Ονασίμου* ibid. v. 13 *'Ονaιου* 1440,14 (ob *'Οναίου* Baunack, Index); 1461 I 1 = IG. IX 2 109 a, *'Ο[ν]ατογένεος* Fick ap. Coll., etiam *['Αρ]ατογένεος* legi posse idem adnotavit; e lapidis scriptura *ΘΕ..ΣΤΟΓΕΝΕΟΣ* Kern l. c. *Θε[μι]στογένεος* recte supplevisse mihi videtur.

παγάν: Aetol. 1415,5.

πλάν: Aetol. *'Εφ. ἀρχ.* XXIII, n. 1 vv. 5, 8.

σᾶμα: Acarn. IG. IX 1 n. 521,1 (tit. versibus compositus).

ταγός: In titulo Aenian. litteris inferioris aetatis inciso IG. IX 2 n. 34 *ταγοῦ* est. Phthiot. *ταγῶν* 1447,4; et restit. *[ταγευόντων]* 1447,2. Vide Thumb, Handb. d.

---

[1]) *προμνάμων* magistratus Acarnanum erat, de quo parum certi constat. Herwerden, Lexicon Gr. Suppl.

[2]) Baunack, in Indice omnibus locis *Μνασαρέτου* *ι*-vocali omissa scripsit.

Gr. D. 198. De origine huius nominis, quo magistratus Thessalorum appellabatur, nihil certi constat.

φαμ: Phthiot. *Θεοφάμου* IG. IX 2 n. 206 b. vv. 5, 17.

ψαφ-: Aetol. *ψάφισ[μα]* 1413,31; *ψαφίσματα* 1411,7 et restit. [1424,2]; *ψαφίσματι* 1413,28; *ψᾶφον, ψάφισμα* *Ἐφ. ἀρχ.* XXIII n. 8 *γ* vs. 21. [1])

b. *ᾱ* in suffixis et terminationibus:

-τᾱτ-: Epir. *οἰκειότατα* I Magn. 32,31;

Acarn. *τᾶς οἰκειο[τάτ]ος,* suffixo *-τατ-* recte suppleto, I Magn. 31,10; *οἰκειότατα* ibid. v. 37;

Aetol. *οἰκειότατά* 1411,3, 6; et *Ἐφ. ἀρχ.* XXIII n. 8 *γ* v. 6.

-ᾱν-: Acarn. *τοὺς Ἕλλανας* I Magn. 31,14;

Aetol. *Ἕλλανας* 1413,3; et *Ἐφ. ἀρχ.* XXIII n. 9 *ϑ,* vs. 2.

Phthiot. *Ἑλλανοκράτεια* 1466 a 3.

De *α* longo in declinatione *ᾱ*- stirpium § 35 disserui. Hoc loco primum afferenda sunt quaedam nomina propria in *-κλεᾱς* exeuntia pro *-κλεης, -κλης:* Phthiot. IG. IX 2 n. 167, III ut videtur saeculi, *Καλλικλέας;* n. 198 ibid. *Διωκλέαν* acc. sg. Huius modi nomina Thessalorum sermonis propria etiam apud Boeotos, Phocenses, Aetolos in usu fuerunt. V. Buck, Gr. D. 121 et Tab. I. Deinde composita, quorum prior pars in *ᾱ* exit, e. g. Epir. *Ἀρετάφιλος* 1361,5; Aetol. *Νικαφόρου* 1413,10, 18; *Νικαφόρωι* 1413,6, 22; *[Νικαφ]ορίων* 1413,9; *[N]°* 1413,24; [1413,14]; tum nomina hominum, quae exitu *-τας,* gen. sg. *-τα,* stirpi in *ᾱ* cadenti suffixo, formata sunt: Epir. *Μαχάτα* 1371,1; *Ἀπολλωνιάται* 1334,11 (Cf. Herod. *Ἀπολλωνιήτης,* IX, 92). Acarn. *Μαχάτας* 1385a 1; b 3; et Phthiot. 1466 c 2; Aetol. *Νικάτας* 1428 b 2; *Νικά[(τ)]α* 1426,3.

[1]) De *ψάφισμα* iuxta *ἐψηφίσαντο* etc. in I Magn. v. infra.

Porro ᾱ est in futuri et aoristi formis verborum in -αω exeuntium et in nominibus hominum e stirpibus aoristi temporis derivatis, e. g. Aetol. *ἐτίμασαν* I Magn. 91 d 7; — Epir. *τελ[ευτάσων]τι* 1359,6. — Acarn. *Νικασίς* IG. IX 1 n. 493; *Νικ[α]σ[ώ]* nom. sg. fem. generis, ibid. n. 495; — Phthiot. *Νικασίας* 1449,2; *Νικασιμάχου* 1461 II 59; *Νικασίππου* 1439,12. *Νικασιβούλου* IG. IX 2 n. 226; *Τιμασίϑεος* ibid. n. 96,4; n. 187; n. 132, II a. Chr. n. saeculi; *Τιμασιϑέου* n. 1328 (addenda).

στᾱσ-, στᾱ-: Acarn. *καταστᾶσαι* I Magn. 31,32. Phthiot. *ἀ[να]στᾶσαι* IG. IX 2 n. 66 a. v. 10 *[τὸν ἐνεσ]τακότα* ibid. v. 5; ad stirpem temporis aoristi nomen *Στασία* gen. sg. Aetol. 1428,1 revocandum esse puto.

Postremum commerandum est ᾱ, quod est in numeralibus e. g. *τριᾱ́κοντα* Aetol. *Ἐφ. ἀρχ.* XXIII n. 1,34. Aenian. *πεντακόσια,* [1]) *ὀκτακόσια* [1]) IG. IX 2 n. 56; in eodem titulo *τεσσαράκοντα,* quod etiam Communis sermonis proprium est. Cf. Buck, Gr. Dial. 89 „Delph., Corcyr., Heracl. *τετρώκοντα* (so doubtless in all West Greek dialects previous to Attic influence).“

c. ᾱ productum.

a) Restat, ut tertio loco ea enumerem composita, quorum secunda pars a vocali ᾱ incipit. Vocabula singularum Ieurop. linguarum inter se comparata optime testantur iam temporibus linguae communis Ieurop. hanc vocalem longam ex ultimo sono prioris partis et primo posterioris contractis ortam esse; ex analogia horum nominum ea composita, quorum prior pars in consonam cecidit, primum sonum secundi nominis produxerunt. Cf. Brugmann, Gr.[3] 59, 139, Grundr. 840; Wackernagel, Das Dehnungsgesetz d. Gr. Kompos. 21, 38; Hirt, Handb. d. Gr. Laut u. Formenl. 99; aliter G. Meyer Gr.[3] 88.

---

[1]) Utrum *α* longum sit necne, diiudicare non audeo; titulus Communi sermone post Chr. n. in lapide incisus esse videtur. V. Buck, Gr. Dial. 90.

Epir. *στρatαγοῦντος* 1339,2; 1349,2; 1350,1; *[στρ]αταγο[ῦντος]* 1338,1; *-ανωρ: Ἀλεξάνωρ* 1356,1; *Ἀντ-άν[ορα]* I Magn. 32,4. V. Bechtel-Fick, Gr. Prsnn.[2] 59 sqq.

Acarn. *στρα[ταγοῦ]* 1380 b 1; *στραταγοί* IG. IX 1 n. 485 a 11, III a. Chr. n. saeculi. — *Ἀγάνορος* ibid. n. 518,3; *Ἀντ-άνορος* I Magn. 31,9: *Ἀντάνορα* 31,44. — *[Ν]ικαγόρας* Mitt. XXVII p. 337 n. 17. V. Bechtel-Fick, Gr. Prsnn.[2] 44 sqq.

Aetol. *στραταγέοντος* 1409,1; 1411,2; 1426,1; *⁰[ταγέοντος]* 1410,8; *[-]ς* 1428 i 1; [1412 a 1]; *στραταγόν* 1410,5; 1413,23; *σ[τρ]ατα[γόν]* 1411,13; *στρατα[γόν]* 1413,28; [1]) *στρατα[γῶ]ι* 1413,25; *στραταγόν* IG. IX 1 n. 415,2; *Ἐφ. ἀρχ.* XXIII *στραταγῶν* n. 1 v. 20; *Στραταγέοντος* n. 8 γ v. 1; *στραταγόν* ibid. vs. 16; et n. 5 (II a. Chr. n. saeculi); n. 10,2; *στραταγέοντος* ibid. n. 8 δ. v. 14; n. 11 v. 1; n. 13 v. 1; *στραταγ----* ibid. nn. 16 et 17. *Λοχάγου Ἐφ. ἀρχ.* XXIII n. 10,3 $\bar{α}$ in omnibus Graecae linguae dialectis exhibet. — *Πυθαγόραν* 1411,2; — *Κλεάν(ορο)ς* 1426,1; — *πανάγυριν* I Magn. 91,21.

Aenian. *Στρατάγωι* nom. propr. 1432 a 15.

Phthiot. In titulis Phthiot. (a Fickio ap. Coll. editis) intra aa. 279—193 scriptis *στραταγέοντος* quater est; quater in titulis II a. Chr. n. saeculi; septies in inscriptionibus III et II saeculorum iure a viris doctis suppletum est, quia alia vocis forma non occurrit.

E titulis Phthiot. in IG. IX 2 editis haec collegi exempla: *Στραταγέοντος* n. 104,1 (aa. 178—146 a. Chr. n. exaratus est); 206 I a (litteris variis inferioris aetatis scriptus est, at meram servavit dialectum); *[Στρατ]α[γ]έοντος* n. 132,1, quantum e forma litterarum colligi potest, II a. Chr. n. saeculo exaratus est. — *Ἀγαθάνορος* 1448

---

[1]) Titulus Aetol. 1413, qui constanter $\bar{α}$ omnibus locis servavit, II a. Chr. n. saeculo in lapide incisus est. Hauss approbante Dittenb. a. 179—172 scriptum esse posuit.

a 1,[1]) *Ἀλεξάνδρος* 1461 I 29; *Ἀλ°* 1461 I 30; titulus medio II a. Chr. n. saeculi incisus est.

β) *ᾱ* reductis duabus in unam consonis ortum; Cf. Brugmann, Grundr. 405; 362; Buck, Gr. D. 60 sqq. alias.

**ἀσμ-* > *ἀμμ-* > *ᾱμ-*

Acarn. *ἀμῶν* IG. IX 1 n. 516,9.

Aetol. In titulo I Magn. 91 d. 7 pronomen I personae pluralis numeri *[ἀμές]* recte suppletum est, cum hic titulus meram dialectum servaverit.

Aenian. *ἀμῶν* IG. IX 2, n. 8,13.

Phthiot. *ἀμετέραι* 1447,6.

**-λν-* > *λλ* > *λ*.

Acarn. *στάλαν* I Magn. 31,39.

Aetol. *[στ]άλαις* 1413,32, II a. Chr. n. saeculi; *στάλαις* *Ἐφ. ἀρχ.* XXIII n. 1 v. 12. V. Brugmann, Gr.³ 73 sqq.; Buck, Gr. D. 61.

Adn. **λλ* > *λ* iam antiquissima Graecae linguae aetate in voce *ἀλλάλους* Aetol. *Ἐφ. ἀρχ.* XXIII n. 1,2. V. Solmsen, Unters. 286.

**σF* > **FF* > *(F)*.

Doricam et nostrae dialecti vocem *νᾱός* ad primariam formam **νασFος* revocandam esse puto; in Lesbica dialecto ex hac forma *ναῦος (ναFFος)* item atque *ἄμμε* ortum est; *νᾱFος* = *ἀμέ* exciso digammate *νᾱός* factum est. Brugmann, Gr.³ 44, 130; Buck, Gr. D. 47 adn. f. — Exempla eo loco attuli, ubi de diphthongo *ᾱι* (> *ᾱ*) disserui, in § 16.

Ceterum in nostris titulis ut in Attica, Aeolica, plurimis Doricis (exceptis Cret., Ther., Coa., Rhod.) dialectis e duabus consonis, quarum posterior *F* erat, haec disparuit vocali antecedente non producta, e. g. *καλός* < Boeot. *καλFός*. Cf. quae de *ο* et *ε* productis in §§ 5 et 8 egi;

---

[1]) Hic titulus *η* loco *ᾱ* habet in quibusdam nominibus propriis, v. infra.

praeterea Solmsen, Unters. 181 sqq. et Buck, Gr. D. 46 sqq.

γ) De ᾱ in augmeno temporali quod dicitur v. § 47.

Falso ᾱ pro *ω* a sculptore positum esse videtur in nomine Epir. *Νικάναϱ* 1349,$_{12}$ = *Νικάνωϱ*, quod saepissime in titulis invenitur.

De ᾱ longo contractis vocalibus *α* + *α*, *α* + *ο*, *α* + *ω* orto v. § 22.

---

2. ᾱ et *η* alterum iuxta alterum in eisdem titulis usurpata sunt, at ita ut post sonos *ε*, *ι*, *ϱ* semper ᾱ remanserit haud aliter atque in Attica dialecto.

a) *η* alienae est originis et praecipue in nominibus hominum peregrinorum nobis occurrit:

Epir. E Ionica sermone *η* in locum ᾱ irrepsisse videtur in nomine gentili *Ἀϑηναῖων* in I Magn. 32,$_{36}$, circa a. 200 a. Chr. n. in lapide inciso. Ceterum in hac voce, paternam originem significante, ᾱ ab *η* prius (iam IV a. Chr. saeculo, Aenian 1429 b. $_2$) quam in ceteris vocabulis suo loco summotum esse ex testimoniis nostrorum titulorum concluserim. Idem de forma *ἐψηφισμένας* in eodem titulo vs. $_{18}$ iudicandum esse puto, cum etiam in Aetolorum et Acarnanum monumentis Magnesiae repertis eiusdem modi formae inveniantur, non item in lapidibus, qui in eorum ipsorum regionibus effossi sunt.

Acarn. In catalogo magistratuum Acarn. 1389,$_{18}$ *Δημητϱίου* nomen patris peregrini esse videtur, nam alia Communis sermonis vestigia hic titulus II a. Chr. n. saeculo vix recentior non exhibet.[1]) In decreto Acarnanum I Magn. 31 ceteroquin puram dialectum exhibente iuxta

[1]) De etymologia nominis *Δημήτηϱ* : *Δαμάτηϱ* nihil certi constare dixerunt Bechtel-Fick, Gr. Prsnn.[2] 450. — Attamen *α* primigenium et nostri sermonis proprium esse dilucet.

ψάφισμα, ἐψαφίσθαι aliena (nempe Ionica) forma *ἐψηφίσαντο* nobis occurrit; cf. paulo supra tit. Epir. I Magn.

Aetol. In decreto Aetolorum 1413,12 intra aa. 179—172 a. Chr. n. facto et mera dialecto scripto *Ἀθήναιον* (ad. sg.) nomen fratris Eumenis, regis Pergameni est.[1]) In titulo Aetol. *Ἐφ. ἀρχ.* XXIII n. 8 b, III, ut videtur, a. Chr. n. saeculi, adiectivum gentile *Ἀθηναίοι* (dat. sg.) reperitur iuxta $\bar{α}$ ubique alias servatum: *Δαμοκλέᾱς*[2]) vs. 3; restit. *[Στραταγέ]οντος* vs. 1. — I Magn. 28,8 *ἐψηφίσαντο* iuxta *ψάφισμα* ibid. vs. 5; quibus de formis idem valet, quod de Epir., Acarn. exemplis iam dixi.

Adn. Facere non possum, quin commemorem in titulis Epir., Acarn., Aetol., Magnesiae repertis *η* in verbi formis *ἐψηφισμένας* etc. inveniri, $\bar{α}$ in substantivo *ψάφισμα* exstare. At cum pauca exempla habeam, diiudicare non audeo, utrum in verbi formis in quotidiano sermone frequentissime usurpatis prius adhiberi coeptum sit quam in substantivo, quod in decretis iudiciali genere dicendi scriptis usitatissimum fuit, an hoc casu factum sit. Cf. quae Schweitzer, Pergam. Inschr. de sermone populi et magistratum inter se comparatis disseruit.

Aenian. Nomen gentile *Ἀθηναίωι*, quod legitur in titulo 1429 b 2 IV a. Chr. n. saeculo exarato — si e verbis, a quibus incipit inscriptio, *[Ἐπί βασι]λέων Ἀλεξάνδρου [Ἀλεξάνδρου καὶ Φιλίππου Φιλίππου . . . .]* et forma litterae A iudicare licet —, antiquissimum nobis praebet exemplum *η* pro $\bar{α}$ scripti. In titulo n. 1435,11 quantum e litteris (A) apparet, II a. Chr. n. saeculo inciso, inter testes proxeniae *Δημήτριος* nominatur, quem ego peregrinum esse arbitror, cum $\bar{α}$ suo loco in aliis vocibus non summotum sit.

---

[1]) Cf. deae nominis formas *Ἀθάναι, Ἀθάνας* in eodem titulo; et genetivum *Δαματρίου* vs. 30; quo nomine Pergamenus civis appellatus est.

[2]) Nomina propria in *-κλεᾱς* pro *-κλέης, -κλῆς* exeunt in lingua Thessalorum nec non Boeotorum, Phocensium, Aetolorum. Buck, Gr. D. 121.

Phthiot. In titulo 1450 = 73 IG. IX 2 incertae aetatis, Fick in versu 6 falso Ἀθηναίου posuit, ubi lapis Ἀθαναίου exhibet (v. IG. IX 2 n. 73 v. 8 et Baunack, Index.); attamen in eodem titulo, qui ceteris locis ᾱ et meram dialectum servavit, Δημητρίου vs. 5, Δημήτριος vs. 9 leguntur. Nescio, quo modo factum sit, ut haec nominis forma constanter in monumentis Phthiotarum occurrat, etiam in eis, quae ᾱ non solum in ceteris vocibus sed etiam in nominibus propriis accurate servaverint: Tit. 1461 II, medio II a. Chr. n. exaratus Δημήτριος vs. 43; Δημ[όφι]λος vel Δη[μήτρι]ος vs. 28 exhibet. Singulare est nomen mensis Δεμάτρου 1461 II 47 (= Δαματρίου), quod ε pro η : ᾱ exhibet et ι post ρ-consonam ante sequentem vocalem omisit, ut in Thessalico sermone, v. Thumb, Handb. 239. N. 1448 a = n. 71 IG. IX 2, II a. Chr. n. saeculi,[1]) nomina, ut videtur peregrinorum praebet: Νικήφορος vv. 3, 8, Νικηφό[ρ]ου v. 8; Δημητρίου v. 10. — In titulo 1449 = 72 IG. IX 2, eiusdem aetatis atque antecedens (de tempore definiendo idem valet, quod in adnot. 1 dixi) Δάμωνος τοῦ Δημητρίου est. Hic Δάμων Δημητρίου idem esse videtur, qui in 1448 nominatur. Filii nomen ex legibus nostri sermonis formatum est; genetivus paternam originem designans alienam servavit formam. Μητρόδωρος 1447,5; Μητροδώρου ibid. v. 11 nomen peregrini cuiusdam proxenia a Phthiotis donati est. In n. 1461 I 50 Μητροδώρου (pater libertinae era); ibid. v. 72 Phthiotes quidam hoc nomine appellatus fuisse videtur. — Titulus n. 113 IG. IX 2, II a. Chr. n. saeculi, iuxta ᾱ constanter usurpatum [Στρ]αταγέοντος τὰν B^1 vv. 1, 2, τᾶι πόλει vv. 6, 9, 12; Νικῖᾱ gen. sg. v. 8; Σωσύλα gen. sg. η in his nominibus exhibet: Μητροδ[ώ]ρου v. 10; Δημητρίου v. 13: n. 176 Λέων Ἀριστοδήμου Ἐρετριεύς (Euboae).

[1]) Ἀγαθάνωρ Εὐρυδάμαντος Γομφεὺς στρατηγὸς τῶν Θεσσαλῶν inter annos a. Chr. n. 178—146 fuit; Zeitschr. für Numism. I 1873; p. 183, ad Augusti aetatem hunc titulum rettulerunt Iardé et Laurent, BCH. XXVI, 370, iniuria tamen — nam monumenta eius aetatis Communi sermone scripta sunt. Hic titulus ᾱ non nisi in duobus nominibus hominum libertate donatorum habet, qui eadem nominis forma qua in patriis suis appellabantur.

In n. 206 II b *η* non nisi in nominibus propriis est: *Δημάριον Δημᾶ* gen. sg. v. 12; *ᾱ* est: *Στραταγέοντος* vv. 1, 5; *τᾶι πόλει* v. 15; *τᾷ πόλει* v. 18; *Ὀνασίς* v. 7; *Μνασιλαΐδα* v. 10; *ἀπὸ Σίμας τᾶς* v. 8; *τᾶς* v. 12; *Ὀνασίμου* v. 13; *Δαμαινέτου* v. 17; *Αἰσχίνα* gen. sg. v. 21 item in n. 224: *Εὐδήμου* v. 2; *Φιλοδημίδου* v. 4; *Ἀριστοβούλης* v. 6 — *Δάμωνος* v. 2; *Στρατονίκα* v. 5; *Ἀγαθάνορος* v. 6; *τᾶς* v. 6 et restit. *τ[ᾶ]ς* v. 9. — In n. 206 I b *η* in locum *ᾱ* successit: *Νικηφόρος* v. 4; *Δημαρ[ά]του* [1]) — *ᾱ* remansit: *Στραταγέοντος; Ἀρχιδάμου* v. 3; *Θεοφάμου* vv. 15, 17; *τᾶς* v. 7; *τᾷ πόλει* v. 13. In titulo 207 b (cfr. litt. ΑΠΟΣ) *Ἀ[θα]ναίου* vix recte suppletum esse mihi videtur, nam inscriptiones 207 c, d, e nullo excepto exemplo *η* loco *ᾱ*, nn. 207 h, k, f *ᾱ* et *η* alterum iuxta alterum habent; accedit quod *Ἀθαναῖος* non nisi semel in nostris titulis invenitur (1450,6); *Ἀθηναῖος* frequentissime iam in antiquissimis occurrit.

b) *ᾱ* et *η* alterum iuxta alterum in titulis versibus compositis.

Acarn. Recte Dittenberger ad IG. IX 1 n. 489 adnotavit miram in usu vocalium *ᾱ* et *η* inconstantiam dialectum non iam in quotidiano usu hominum vigentem sed arte revocatam indicare: *Μενέδημος, Ἅιδης, κραδίην, Ἠπείρου* — *μάτηρ, ματρός, Ἐχενίκαν, ἀρετάν, ἅ, ἁμετέραν*. Titulum II a. Chr. n. saeculo non recentiorem esse e postremo versu apparet; cui rei species litterarum (ΑΠΟΣ) non repugnat; v. Cousin apud Oberhummerum, Akarnanien 172 et Dittenb., l. c. — Epigramma sepulcrale Acarn. IG. IX 1 n. 440, quantum e forma litterarum colligi potest (ΑΠΟΣ) II a. Chr. n. saeculo lapidi incisum vestigiis mixtae quodam modo dialecti non carere verba *ἐρημαίῃ* v. 2 et *θρεψαμένα ...... [φίλα]* demonstrant. Epici sermonis insigne est *[θ]ῆκαν* v. 2. Idem de epigrammate sepulcrali Sopolis cuiusdam Acarnani, Mitt. XXVII p. 339 n. 21 valet: *ἅδε κόνις* v. 2, *ἀελίωι, [τὰν] ἀρετάν* v. 8 —

---

1) Cf. *Δημάρετος, Δημάρητος Δήλιος; Δαμάρατος Λακεδαιμόνιος*, Dittenb. Syll.² III, indices.

σωφροσύνης v. 4; epicam dicendi consuetudinem indicant, e. g. *μεγαυχήτοιο* gen. sg. et III p. sg. impf. *φιλέεσκεν*, alia. Eiusdem aetatis esse videtur atque duo antecedentia.

Titulus Acarn. IG. IX. 1 n. 519 hexametris heroicis compositus, litteris II, ut videtur, saeculi exaratus nullum exemplum *α : η* sonorum exhibet; at genetivus choriambicae mensurae in *-κλέους* (pro *-κλεος*) exiens dialectum haud puram fuisse prodit. N. 521 IG. IX 1 = n. 3175 ap. Collitz. Cauer Del.[2] n. 91; Roehl IGA. n. 329, litteris antiquissimis incisus, *ᾱ* ubique servavit,[1]) ceterum epicas formas exhibet, e. g. *ὁδοῖο* v. 2; *θάνε* III p. sg. aor. IG. IX 1 n. 522 = n. 3176 ap. Coll., n. 330 Roehl, IGA. tam mutilus, ut omiserim. — In n. 523 IG. IX 1 = n. 1385 ap. Coll. verba *Μαχάτας [ἐ]πόησε* quattuor versus sequuntur, qui nostra dialecto non scripti sunt: *η* pro *ᾱ* est *Ἀλκμήνες* v. 2; *στῆσεν* v. 4; *μνήμην* v. 4, servato *ᾱ* (< *ᾱ* + *ο*) solum in nominibus propriis: *Λασθένεος*, *Λαφάνεος*. — Quod contra monumentum Timelai Acarn. Mitt. XXVII n. 22. *ᾱ* accuratissime servavit,[2]) quamquam complures epicas formas, ut *Ἀΐδαο*, *ἐννεάδεσσιν*, nec non vestigia inferioris aetatis, e. g. *λείπω* v. 1 et *εἶς* v. 6, ε-littera postea addita, exhibet. — Epigramma Nicharchi Acarn. Mitt. XXVII p. 349 n. 24 epicae dialecti insignia exhibet (*πινυτοῖο* v. 5); caret exemplis *ᾱ : η* sonorum. Haec duo epigrammata I a. Chr. n. saeculi esse videntur.

Aenian. Eadem quae de sermone titulorum Acarn. versibus heroicis compositorum dixi, de epigrammate Aenian. n. 1438 valent. Iniuria igitur a Fickio formas *εὐεργέτην* v. 3; *ἀλκῆι* v. 4; *κτίστην* v. 5; in *εὐεργέταν* etc. ad normam doricarum formarum eiusdem tituli *ἁ πόλις* v. 1; *ἀρετᾶς τᾶιδε* v. 7; *ἁγητῆρα μερίμνας* v. 8; *Ὑπάτα* v. 10; mutatas esse censeo.

[1]) Exempla sub mom. 1 emuneravi; de genetivo masc. generis antiquissimo *Πολυκλείδας* in § 35 disserui.

[2]) Exempla, quae haud pauca sunt, sub mom. 1 suo quodque loco attuli.

3. η constanter pro ᾱ usurpatum. Agitur hoc loco de eis monumentis, in quibus η in locum ᾱ e Communi sermone irrepsit, servato hoc sono in singulis vocibus, praecipue in nominibus indigenarum, quae apud omnes quas ego cognovi gentes antiquissimam formam tenacissime servare solent. [1])

In numero titulorum Epir. nullus est, qui huius rei exempla praebeat.

Titulus Acarn. IG. IX 1 n. 483 ineuntis I a. Chr. n. (v. Dittenberger, l. c. et Oberhummer, Akarnanien, 197) saeculi optime ostendit ea aetate veterem dialectum Communi illi sermoni, quem *κοινήν* vocant, cessisse: η pro α est: *στρατη[γο]ῦντος* v. 3; *δήμῳ* v. 9; *[εἰρήνη]* v. 11. [2]); nn. 460, 461 IG. IX 1 vix ante IV *post* Chr. n. saeculum incisi η pro ᾱ habent, e. g. *μνήμης, τῆς;* in inscriptione 490 IG. IX 1 probabiliter imperatorum Romanorum aetate exarato ᾱ in nomine proprio mansit *Δαμοκράτης*.

Adn. Tituli Acarnanum IG. IX 1 n. 443—445 ad usum sermonis Acarnanum illustrandum nullam habere vim iure Dittenberger l. c. monuit, cum partim (n. 443) vel constanter Atticam dialectum exhibeant neque tamen ad eam aetatem referri possint, qua Communis lingua per omnes Graeciae regiones antiqui sermonis vestigia expulerat, nam quantum e rebus in his titulis commemoratis et e specie litterarum ΑΓΟΣ colligi potest, III a. Chr. n. saeculo non sunt recentiores. Illa vero aetate et multo inferiore antiquam dicendi consuetudinem apud Acarnanes viguisse compluries ostendi. Sermonem hominum peregrinorum proxenia donatorum hos titulos praebere idem Dittenberger recte contendit.

Aetol. N. 412 IG. IX 1, litteris II a. Chr. n. s. exaratus inter alia Communis dialecti insignia et η pro ᾱ

---

[1]) Cfr. nomina peregrinorum suam formam saepe exhibentia, 2, a. in hoc §.

[2]) De ceteris Communis dialecti insignibus, ε + ο io *ου* contractis § 22, *ωι : ω* § 18, egi.

habet: *τὴν θρεπθ[ὴν]* v. 1; *Γῆν, Ἥλιον* v. 2. Contra n. 422 ibid. eiusdemmodi litteris inscriptus ᾱ in nominibus hominum servavit: *Καλονίκας* v. 3; *Δαμοκρατείας* in n. 429 ibid. nomen *Εὐρυνόμη* est. — In decreto Aetolorum Ἐφ. ἀρχ. XXIII η in terminationibus nominum est: *Ἀγαθῆι τυχῆι* v. 1; *εἰρήνης* v. 4, servato ᾱ in nomine proprio *Λᾱ-άλκωι* et in exitu genetivi masculini generis *Ἀγία.* [1]) Cum hic titulus et alias Communis sermonis formas, ut *ἔδωκεν, χρήμασι, Βουλαρχούντων* exhibeat, recentioris aetatis esse arbitror quam III a. Chr. n. saeculi, quo tempore eum exaratum esse e litterarum forma (exscripsit tantum A) conclusit Sotiriadis l. c.

Aenian. In titulis Aenianum IG. IX 2 nn. 12—30 I *ante* et I *post* Chr. n. saeculorum Communi sermone scriptis η constanter invenitur servato ᾱ in quibusdam nominibus propriis: n. 12 *στρατηγοῦ* v. 2; n. 13 *τῆς στηλογραφίας, στρατηγοῦντος, Ξενικῆι* et alia eiusdem generis; n. 14 a *τῆς στηλογρα[φίας], στρατηγοῦντος, ξενικῇ* quater; *Ἀττική, τῆς Δειφίλου Ἡλιοδώρου Κ[α]λλιφή[μου]* — ᾱ: *Ἀγαθαμερίς. Καλλικρατήας* gen. sg. (η pro ει est); *Σωσινίκα; Σωσύλαν* (de acc. sg. v. infra § 35); *Δαμαρίστας* 14 c *ξενικῇ;* 14 e *Ἐπιγόνη* v. 1, *ξενικῇ* v. 3; sed *Πρείμας* v. 2 n. 15 *[ξ]ενικ[ῇ]* v. 2; *ξενικ[ῇ]* v. 11, *Ζωσίμης* gen. sg. v. 7, *[.... Σ]τρατηγοῦν[τος] ..... Εὐδήμου Ὀνή[σιμος?]* v. 8, *Εὔφημο[ς]* v. 9 — ᾱ < ᾱ + ο in gen. sg. *Μελαντάδα;* in n. 16, anno post Chr. n. 131/2 exarato η est: *ξενικῇ,* quinquies; *Εὐφροσύνη, Εὐτύχης* gen. sg.; *Πολυνείκης; Ἐπιγόνης; Καλλιτύχ[ης]; Ὀνησώ* nom. fem., *ὑποδηματάριος;* — ᾱ post ρ-sonum servatum est et praeterea exstat in nominibus *Μενέλαος* v. 3; *Νεικο[λά]ου* v. 7; *Δαμᾶ* gen. sg.; in n. 17, II post Chr. n. saeculi η usitatum est, e. g. *τήν στήλην, στρατηγοῦντος* etc. — ᾱ remansit: *Ἑλλανοκράτους* gen. sg.; *Νεικολάου τοῦ Νει[κ]ολάου.* In inscriptione n. 18, incertae

[1]) ᾱ ex α + ο ortum in genetivo sg. semper fere etiam in titulis *κοινὴν* exhibentibus servatum est. cf. § 35; Attica terminatio *ου* non nisi in titulis circa Chr. n. exaratis et recentioribus invenitur.

aetatis, [1]) *[Στρατηγοῦντος]* recte restitutum esse e ceteris Communis dialecti formis, ut *Ἐπικράτους* gen. sg., *γειν[ό]μενον* apparet; — tamen *ᾱ* remansit in stirpe et terminatione nominis *Λανίκας* v. 3; n. 19 *η* loco *ᾱ* exhibet; *τῆς στηλογρα[φίας]* v. 2; *Νικηφόρος* bis, v. 5; *στρατηγοῦντος* et restitutum v. 3; *Δημη-* v. 12; — *ᾱ* est: *Λαδίκας* gen. sg. v. 9; *Ἑρμολάου* v. 11. In titulo n. 20 c restituendum et restitutum est *στρ(ατηγοῦντος) Τ(ίτου) Α(ἰλίου) Σαβινιανοῦ* (Titus Aelius Sabinianus e nummis notus, BCH. XXVI, 373). In n. 21 *η* ubique in locum *ᾱ* vocalis successit, e. g. *ἀναγραφή, τῆς στηλογραφίας*, servato scilicet *ᾱ* post *ρ, ι* sonos: *Ζωπύρα* v. 16; *Σωσ[ι]βία* v. 18; *Μανία* v. 18 Hiller, *Μάντα* Wilamowitz. In n. 22 *η* pro *α* est, e. g. *Ἀσκληπιάδου, ξενικῇ, τῆ[ς] στηλογραφίας*; item in n. 23 *στρατηγοῦντος*. In n. 24 *(post* Chr. n. ni fallor exarato) iuxta *η* usitatum *ᾱ* in nomine proprio mansit: *στρατηγοῦ[ντος]* v. 2; *[ξε]νικῇ* et *ξε[νι]κ[ῇ]* vv. 10, 6 — *Μνασιμάχας;* in n. 25 a. item vocales *η* et *ᾱ* adhibitae sunt: *Ἀρχεστράτη, [τρ]ισκαιδεκάτῃ — Ἀριστοδάμα;* n. 25 b nomina *Ὀνησιφόρου, Ἑρμῆς*, praebet, n. 25 c eiusdemmodi litteris exaratus *ᾱ* servavit in nomine feminae *Ἁρμόστας* gen. sg.; n. 28 *η* exhibet: *ξενικῇ;* n. 29 iuxta *στρατηγο[ῦντος]* nomen *Δαμοδίκας* gen. fem. habet; n. 30 *Μαξίμη*, nomen feminae; n. 32 *[Ῥ]ώμη-* sed *Ἀμφία* (gen. sg.) *Δαμοίτας;* v. 4 *[ἡ]* sed *Νεικοστράτα.* In titulo n. 39 litteris II vel I a. Chr. n. saeculi (ΑΠΟΣ) scripto *ᾱ* et *η* vicissim reperiuntur: *Ἡ πόλις Ὑπάτα* v. 1; *πρεσβευτὰν καὶ ἀντιστράτηγον; εὐεργέταν.* In inscriptione n. 40 circa Chr. n. exarato *η* est: *εὐεργέτην, ἡ πόλις*, servato *ᾱ* in nomine oppidi *Ὑπάτα.* Tit. n. 41, eiusdem aetatis atque antecedens, *η* exhibet: *εὐεργέτην;* item n. 42: *δῆμος, Ἀριστομένην, ἀρετῆς; τῆς.* In n. 43 iuxta *η* usitatum *α* in nominibus propriis est: *[Ἡ π]ατρίς, ἀρετῆς — Ὑπά[τα], Δαματ[ρί]αν;* n. 44 nullo excepto exemplo *η* habet, e. g. *δήμου, ψήφισμα.* [2]); nn. 45

---

[1]) Kern IG. IX 2 litteraturam non dedit, exscriptum esse a Vilhelmo, sed a. 1899 iam non conspicuum fuisse dixit.

[2]) In hoc titulo Communi sermone scripto etiam pro *ᾱ* < *ᾱ* + *ο*

et 46 *η* agnoscunt, e. g. *τῇ, ψηφισαμένης τῆς; δήμου, ψήφισμα;* item n. 47 *ψήφισμα, Δημᾶ* servato ᾱ in genet. sg. masc., cf. adn. 1; n. 48 *τὴν . . . . μητέρα.* N. 49 a, qui, quantum e specie litterarum apparet (ΑΟΣ) III a. Chr. n. saeculo tribuendus esse videtur, ᾱ vocalem servavit: *Πολυξένα;* item 49 b qui I fere a. Chr. n. saeculi est: *Ἐπαινέτα.* N. 56 I vel II *post* Chr. n. saeculi, meram *κοινὴν* exhibens ubique *η* pro ᾱ praebet, e. g. *τὴν ἐπισκευήν.*

Phthiot. Haud aliter atque in Aenianum sermone in titulis Phthiotarum *η* ᾱ longo inde a medio II a. Chr. n. saeculi succedere coepit, ita ut exeunte II et ineunte I saeculis ᾱ non nisi in nominibus propriis servatum sit. Exempla plurima sunt: Primo loco afferendi sunt tituli 89 a, b aa. 150—147 a. Chr. n. scripti, qui meram fere *κοινήν* exhibent et *η* pro ᾱ, duabus exceptis vocibus *[Στρατα]γέοντος* 89 a. v. 1; et in nomine proprio *Ἀγε-λάου* v. 4; sed: *[σ]τρατηγοῦ* v. 6; *στρα[τηγός τ]ῆι* v. 8; *δήμου* v. 17; *δημοσίας* v. 20; *δήμων* v. 34; *ἧς, τῆμ* acc. sg. v. 21; *ἡμῖν* v. 31; *ταύτηι τηῖ χώραι* (ᾱ post ρ) etc.; 89 b *δήμου* v. 5; *[ἡμετέρου]* v. 6; *στρατηγός* etc.; n. 80 litteris III vel II a. Chr. n. saeculi lapidi incisus *η* habet: *ἡ πόλις* v. 1; *ἀρετῆς* v. 4; *τῆς ἰς* (pro *εἰς*) *αὐτήν* v. 5; servato ᾱ in nomine *Μνασιλαΐδαν.* N. 92 *η : τὴν; ἀγωνοθέτ[η];* ᾱ *: ἐν Ὑπάτᾳ;* n. 102 a, b *στρατηγοῦντος* compluries; n. 103 *η* constanter usurpatum est: *στρατηγήςαντας* v. 3; *γραπτῇ* dat. sg. v. 4; *τῇ πόλει* v. 5; *ψήφισμα* v. 8; *ἐν τηῖ ἀγορᾶ[ι]; ἀνήλωμα* v. 10; [1]) *ἀνακηρυχθῆναι* v. 5; et restituto *η ἀναγραφ[ῆ]ναι;* ᾱ remansit: *Δαμόξενον Φιλοδήμου; Ἀρχίδαμον* v. 2; in lapide sepulcrali n. 98 *η* et ᾱ in vicem reperiuntur: *Νειχάρχᾱ* nom. sg. feminini generis; *Ἀριστοβούλη* voc. sg. In n. 111 *η* loco ᾱ est: *τῆι* v. 1; *[Ξενι]κῆι . . . . ΤΗΙ;* attamen ᾱ in exitu genet. sg. loco Atticorum *ου* est: *Μόντα;* n. 116 *Ἀνδοκίδης;* n. 136

---

orto in genetivo sg. Attica terminatio *ου* est: *ταμίου;* item in n. 22 *Ἀσκληπιάδου?* Cf. § 35.

[1]) *ἀνάλωμα* < **αναϜαλωμα.*

'Επιμνήστου; in n. 197 „nomen *[Z]ω[τ]ική* latere videtur", Kern, l. c.[1]) n. 222 (a. 283 *post* Chr. n.) *ἡμῶν;* in n. 66 b. a. 117 a. Chr. n. exarato *[στρατηγοῦντος]* v. 1 recte suppletum esse videtur, cum hic titulus etiam alia Communis sermonis insignia exhibeat, e. g. *Κιεριέως* gen. sg. In n. 198 *η* constanter invenitur: *τὴν* v. 2; *μνήμη[ς]* v. 3; *μνημεῖον* v. 5; *τῇ πόλι* v. 6—7; *ᾱ* remansit in nomine *Θοιώδας* nec non post *ι* et *ε* vocales: *Διονυσίαν* v. 2, *Διωκλέᾱν* (acc. sg. ad nominativi formam *Διωκλέᾱς* pro °*κλέης* referendus, v. supra 1 b in hoc §); n. 78 b *τῇ πόλ(ει), στρατηγοῦντος;* n. 106 *τολμήσει, μνῆμα;* n. 120 *'Αθηναῖος;*[2]) n. 129 *'Ονησίμου;* n. 184 *Γεμελλείνης;* n. 185 *[μν]ήμης;*[3]) n. 206 III a *τῇ πόλ[ει];* 206 III c *Σωδήμου; τῇ πόλει;* 206 III d *Δημαινέτου; ἕκτη;* n. 203 *[Z]ωσιμὴ Εὐβούλης* (cf. *[Z]ω[τ]ική* in n. 197 a Kern suppletum). Titulus 206 III b, litteris I a. Chr. n. saeculi vel recentioribus exaratus *ᾱ* in nomine hominis *Μνασιλάου* v. 2; ceterum *η* exhibet, e. g. *τῇ πόλει* v. 7; *στρατηγοῦντος* v. 8; n. 207 h litteras II saeculi exhibens *ᾱ* in exitu nominis servavit: *Ξενοκρίτας* gen. sg., alias *η* habet: *τῆς* v. 2, *[τῇ πόλει];* n. 207 k eiusdem fere aetatis, *α* et *η* praebet: *ταῖ πόλ[ει . . .]* v. 12; *τ[οῦ] Αἰσχίνα* v. 5; sed *τηῖ πόλει* v. 9; n. 207 f. *η* habet: *στρατηγοῦντος, τῇ πόλει;* servato *ᾱ* in nominibus: *'Αγασιδάμου* vv. 5, 6; *Δάμωνος* v. 9 item n. 207 d *Στρατηγοῦντος, τηῖ;* sed: *Δαμο-* v. 5. Contra in tit. 207 c, e, quantum e specie litteraturae videre licet illis 207 h, k, f non recentioribus, *η* nullo excepto exemplo est: c. *ἕκτη, ξενικῇ, τῆς, τῇ;* e. *Εὐημέρου, τῇ πόλει.* N. 219 *η* exhibet: *[τῆς πρ]ώτης ἡλικίας, τῆς πόλεως* etc. eiusdem modi, quare ego v. 1 *[Στρατηγοῦν]τ[ος]* suppleverim, cf. l. c. n. 220 *τῇ πόλει* saepius; *τῆς πόλεως τῆς; ψηφίσματος* et alia. N. 228 *ξενικῇ, ἡ πόλις;* sed *Χαριλάου;* 1320 *Πραξιτέλης 'Αθηναῖος.*

---

[1]) Cf. nomen *[Z]ωσίμη* n. 203. Quod nomen non infrequens in Graecia septentrionali erat, v. Index ad IG. IX 2.

[2]) Quamquam hoc nomen gentile etiam in antiquioribus titulis *η* loco *ᾱ* exhibet, (v. supra 2) tamen in hoc titulo, litteris inferioris aetatis exarato, *η* e Communi sermone irrepsisse videtur.

[3]) In n. 185 et alia *κοινῆς* vestigia reperiuntur, e. g. *πᾶσιν* dat. pl.; *χείλια.*

§ 3. ε.

1. In omnibus Graeciae regionibus ε-vocalis, si ante consonas, quarum prior ϱ vel λ erat, aut ante σ + consonam + ι̯ stabat, nonnumquam in ι-sonum transiit. V. G. Meyer, Gr.[3] 109; Brugmann, Gr.[3] 70, Grundr. I[2]835; Hoffmann, Gr. D. III 282, I, 160; Smyth, Gr. D. I 149; Meister, Gr. D. I 46. — ἑστία : ἱστία. Cum nostri tituli unum praebeant exemplum ἑστία Acarn. 1389,3—4 (II a. Chr. n. saec.), utrum forma illa Attica an ἱστία, ceterarum dialectorum propria, usitatissima fuerit, non apparet. Pro ἑστία Λυσίας Boeckh ἑστία[ϱχος] Λυσίας posuit, Fick l. c. lapidis scripturam non mutavit, ἑστία πόλεως in recentibus Laconicis titulis inveniri commemorans. In lege Locrorum Hypocnemidiorum de colonia Naupactum mittenda bis ἱστία est; in Phocensium monumentis hoc verbum non reperitur. — De origine et vi huius vocis homines docti valde dissentiunt: cf. Sommer, Lautst. 94, 120; Kretschmer, Glotta, I 384 (cf. Einleitung, 162); Ehrlich, KZ. XLI, 289—294; Buck, IF. XXV, 257 et Gr. D. 21; Solmsen, Untersuchungen, 191, 213; Boisacq, Dictionn. Etym.

2. ε-vocalem in nostris dialectis clauso sono pronuntiatum esse ex his rebus concluserim: primum quod ε pro ει-diphthongo scriptum est in nomine Epir. Διοπέθης 1374, et vice versa ει (= ẹ) pro ε ante vocalem invenitur, cuius rei exempla § 5 attuli. [1]) Deinde quod in quibusdam nominibus propriis ε et ι in vicem reperiuntur. In antiquissimo titulo Phthiot. [litt. AV], Roehl, Imag.[2] p. 24 n. 7 nomen oppidi Σεκυώναθεν est. Secyonam a Sicyone Peloponnesi non diversam esse coniecerunt Keil et Bergck, postea dubitans Dittenberger. Alia exempla nominis Σεκυών : Σικυών affert G. Meyer, Gr.[3] 144. In inscriptione Phthiot. IV a. Chr. n. saec. 1454 nomen propium Μελίτα legitur, quod cum nomine Μελέτα 1461 II 57, II a. Chr. n.

[1]) Ante sequentem vocalem ει-diphthongus posteriorem sonum amisit, similiter atque diphthongi αι et οι. Cf. § 12 sqq.

saeculi, comparandum esse videtur; at uter sonus antiquior fuerit, certe diiudicari non potest, quippe cum haec nomina ad diversas stirpes revocari possint. In titulo Epir. 1355,5, nomen proprium *Κίλαιθος* est pro usitata et antiquiore, ni fallor, nominis forma *Κέλαιθος* 1354,10; °*[αι]*° 1355,4; *Κέλα[ιθος]* 1359,11; *[Κε]λαίθου* 1355,3 et 1365,13.

Quod Lat. vocalis *i* non raro Graeca vocali ε reddebatur, (v. G. Meyer, Gr.[3] 143 sqq. Schweizer, Pergam. Inschr. 46, [1]) Nachmansson, Magn. Inschr. 22; alii), id ad testandum ε in Graeca lingua ι simillimum fuisse et clausum sonuisse non prorsus valet, nam ipsum Lat. *i*, cui etiam in Romanicis sermonibus *e* respondet, aperte pronuntiabatur (v. Seelmann, Aussprache des Latein p. 200 sqq. Lindsay, Latin Language, 26), sed haudquaquam huic opinioni de ε : ι vocalibus obstat. E nostris titulis haec exempla addere possumus: *Καικέλιον* = Lat. Caecilium, Aenian. 1433,2; *Καικίλιος* usitatissima forma apud Graecos erat, v. Pape-Benseler, Gr. Eigenn. *Δομετίου* Acarn. IG. IX 1 n. 483,3, I, ni fallor, a. Chr. n. saeculi. *ἐγ Κομετίωι* Phthiot. IG. IX 2 n. 89 a 10 *Ζώσιμος Βετούριος Μυτιληναῖος* Phthiot. IG. IX 2 n. 196.

3. In nonnullis compositis nominibus vocales ε : ι : ο in exitu prioris membri aliae pro aliis usurpatae sunt. V. Buck, IF. XXV 261 sqq. Schweizer, Pergam. Inschr. 43 sqq. optime ostendit in appellativis *(ἀρχιτέκτων)* ι in locum antiquioris ε prius successisse quam in propriis *(Ἀρχέλαος)*, quae diutius suam vetustiorem formam servaverint. Cum hoc usu Pergamenorum, ea quae e nostris monumentis elegi exempla, quamquam omnia nomina hominum sunt, perbene coniungi possunt; constanter enim ε suo loco praebent, e. g. Epir. *Ἀγέλαος* 1350,6; 1352,9; °*[λαος]* 1360,4: *Ἀγέλαιο[(ς)]* 1350,7 (lapis: °*[οο]*, Baunack. Index.); [2]) *Μενε-* quin-

---

[1]) Schweizer l. c. tantum composita ἀρχε- : ἀρχι- exhibentia tractavit, at eiusdem modi variatio vocalium est in nominibus ab Ἀγε- : Ἀγι- (a verbo ἄγω), Μενε- : Μενι- : Μενο, Λαι : ΛαϜο Σαι: - Σαο incipientibus.

[2]) Priorem partem nominis Ἀγέ-λαος ad verbum ἄγω referendum esse puto, nam in tit. Larisaeo IG. IX 2 n. 642,1 Ἀγέλαον mensurae ◡◡—◡ est.

quies est in nominibus compositis, *Μενι-* aut *Μενο-* non reperiuntur. — *Ἀγίλαιος* 1351,6.

Acarn. *Ἀρχεστράτου* 1379,8 (paulo post a. 200 a. Chr. n. exar.). *[Ἀ]γελ[ά]ου* Mitt. XXVII p. 334 n. 8,12

Aetol. *Ἀρχεδάμου* 1410,8, cf. Polyb. XVIII, 2, 9; XX, 9. Adn. Fickii l. c.

Aenian. In titulo Aenian. 1429 admodum antiquo (IV a. Chr. n. saec.) a 5 *Ἀ[ρχ]ελάου* (in lapide: *ΑΙΣΕ*⁰) at miro modo b 4 initium compositi *Ἀρχι-* est. *Μενε*.... 1431 b 4, 16; et restit. [1431 a 8]; *Ἀγελάου* IG. IX 2 n. 6 a 4; *Μενεκράτεος* ibid. vs. 3.

Phthiot. *Ἀ[(ρχ)]ελάου* (lapis: *Ἀμε*⁰) 1448 a 4; *[Μενε]κλεῖ* 1461 II 62; *Με[νε]κλέος* ibid. vs. 57 iure restituta sunt; *Μενε[κλέος]* ibid. vs. 58; *Μενεφύλου* 1441,17. E titulis in IG. IX 2 editis haec exempla collegi: *[Ἀ]γέλαος* n. 90,10; *Ἀγελάου* n. 166; *Ἀγεστράτου* n. 206 II b 24. — *ι* loco *ε* est: *Ἀρχικλέος* 1449,12 bis. *Ἀρχίδαμος*, *Ἀρχιδάμου* IG. IX 2 n. 91 a 43, 46.

4. Ante vocales *ο*, *ω*, *α* sonus *ε* integer mansit ut in lingua vicinorum Locrensium et Phocensium nec non in dialecto Corinthiorum et colonorum. Solmsen, KZ. XXXII, 513—553; G. Meyer, Gr.³ 109 sqq.; Buck, Gr. D. Tab. II et p. 19 sqq. Thumb, Handb. 181. Cf. tamen BCH. VI p. 460 n. 92,19 *ὑφ᾽ ὑμίων; ἴοντα* ibid. v. 11, quae exempla sunt in libello Vaxiorum, Cretica dialecto scripto, qui post decretum Aetolorum (1412 ap. Coll.) in eodem lapide incisum est. V. Fickii adnot. l. c.

5. De *ε* : *ᾰ* § 1,1 disserui.

6. *ε* : *ο*. *Ἀπέλλων* : *Ἀπόλλων*. In hoc nomine dei et vocibus inde derivatis, uno excepto exemplo, nomine mensis *Ἀπελλαίου* Phthiot. 1451 c 12, quod etiam in Phocensium titulis (1529 a, b) et Delphorum monumentis invenitur (v. G. Meyer, Gr.³ 65), semper *ο* est et in eadem quidem inscriptione *Ἀπολλοδώρου* v. 10. Ad rem illustran-

dam haec elegi testimonia: Epir. *Ἀπολλωνιάται* 1334,11; — Acarn. *Ἀπόλλωνι* 1379,1; 1380 a 1; [1380 c 1]; — Aetol. *Ἀπόλωνος Ἐφ. ἀρχ.* XXIII n. 2,9 (III saec.) *Ἀπόλλωνι* ibid. n. 4,1, *Ἀπόλλωνος* vs. 5 (II a. Chr. n. saec.) *Ἀπολλωνιεύς* 1415,34; *[Ἀπολλωνίδα]* acc. sg. 1413,12; — Aenian. *Ἀπολλο[δ]ώρου* IG. IX 2 n. 43; — In compluribus nominibus propriis Phthiotarum *Ἀπολλ(ων)-* stirps est, ut *Ἀπολλοφάνεος* 1461 I 32; *Ἀπολλωνίδ[α]* 1448 a 3; *[Ἀπολ]λωνίδα* 1448 a 8; *Ἁπολλώνιος* 1451 a 3; *Ἀπολλωνίου* 1461 II 40; plura huius rei exempla in Indice IG. IX 2 p. 286 invenias. — Singularis est Phthiotica nominis forma *Ἄπλουνι* in tit. IG. IX 2 n. 199 antiquissimis litteris (ΑΛΠ⊕ etc.) in lapide insculpto, (V. BCH. XXVI p. 382,83, cf. N. Jahrb. Klass. Altert. VII, 17) quae etiam in monumentis vicinorum Thessalorum reperitur, v. G. Meyer, Gr.^{3} 65; Buck, Gr. D. Tab. I et p. 42. Hoc nomen antiquissimum optimum mihi videtur esse testimonium Phthiotas olim eadem dialecto locutos esse qua Thessalos; huius sermonis vestigia in publicis decretis aetate Aetolorum factis expuncta fere sunt. — *Κορκυραῖος* Aenian. 1431 b 5; cf. inter se quae de hoc nomine disseruerunt G. Meyer, Gr.^{3} 63 et J. Schmidt, KZ. XXXIII, 344. — *ὀβολοί* Aetol. *Ἐφ. ἀρχ.* XXIII n. 1 v. 39 Attica forma erat, Kretschmer, Vasen. 91; Meisterhaus-Schwyzer, Gr. d. Att. Inschr. 22; G. Meyer, Gr.^{3} 64; J. Schmidt, KZ. XXXII 321. — *βοαθοεῖν, βαθοούντω, βοαθοίας, βοάθοιαν* Aetol. *Ἐφ. ἀρχ,* XXIII n. 1. V. Buck, Gr. D. 39; G. Meyer, Gr.^{3} 93.

7. *ε* pro *αι* est in carmine Phthiot. IG. IX 2 n. 204, recentibus et variis litteris exarato: *ἔ[σ]θομεν* vs. 7 (= *αἴσθομεν*). Cf. adnot. l. c. In titulo incerto loco Phthiotidis invento IG. IX 2 n. 232 alterius fere post Chr. n. saeculi *δεμόνων* (= *δαιμόνων*) et *κὲ* (= *καὶ*) reperiuntur. In Atticis titulis *αι* et *ε* vicissim se excipere coeperunt inde a II post Chr. n. saeculo, v. Meisterhans-Schwyzer, Gr. d. Att. Inschr. 34; et G. Meyer, Gr.^{3} 178; Schweitzer, Pergam. Inschr. 77 sqq. Iam II a. Chr. n. saeculo in papyris *ε* pro *αι* et vice versa *αι* pro *ε* inveniri testis est Mayser, Gr. d. Gr. Pap. 107.

§ 4. *η*.

η- sonus, qui linguae communis Ieurop. ē sono respondet et plurimis Graeciae dialectis communis est, in titulis quos perscrutati sumus suo loco servatum est. Exempla haud pauca sunt; nonnulla ego elegi:

1. *η* in stirpibus vocabulorum:

-*δη*: *[ἐπειδή]* quater restitutum est in titulis Aetol., Aenian., Phthiot. ap. Coll. editis.

ἐρημαίη: Acarn. IG. IX 1 n. 440,2.

Ζην-: nomina ad hanc stirpem referenda semper *η* habent, e. g. Acarn. *Ζηνόκουρος* IG. IX 1 n. 516,3 [1]); *Ζήνων* Phthiot. 1461 I 71.

ἤ: particula „vel" Epir, 1438,6, 8, 9 et suppleta ibid. v. 1; Aetol. 1411,12 ter est; 1413,20 ter et semel restit. v. 25.

ἡβ-: *ἡβάσηι* Epir. 1359,7.

ἦθος, *ἠθ-*: *ἤθεσι* Aenian. 1438,4; et posterius membrum compositi: *Εὐηθίδ[α]* gen. sg. Phthiot. 1456 b 20, IG IX 2 n. 207,2. V. Bechtel-Fick, Gr. Prsnn² 129, 116.

ηκ-: *ἀγνηκώς* Aetol. 1413,5; *ἀχνηκότας* 1411,14, quae temporis perfecti formae ad praesentis *ἀγνέω (= ἄγω)* revocandae sunt. Vide Searles, Lex. st. Gr. D. p. 7; G. Meyer, Gr.³ 284 sqq. et 364. De consonis *γν* : *χν* infra disserui.

ἡμι-: *ἡμιό[λιον]* Acarn. IG. IX 1 n. 485 a 2.

ἡρα-, *ἥρως*: a nomine deae *Ἥρα* originem trahunt haec nomina hominum: *Ἡρακλείδας* Epir. 1352,3; *Ἡρακλείδα* gen. sg. Phthiot 1448 a 12, et restituta prima vocali *[Ἡ]ρακλείδαν*, *[Ἡ]ρακλείδας* IG. IX 2 n. 221. *Ἡρακλείτου* Acarn. 1380 a 4 et restituta prima et ultima vocali 1380 c 3;

[1]) „ . . . . . Ac ne *Ζηνόκουρος* quidem offensione caret, ut nesciam an *Ζηνόδωρος* potius nomen notissimum in lapide fuerit". Dittenberger l. c. — *Ζηνόκουρος* nomen, quantum ego comperi, inauditum est.

Phthiot. 1459,4. — Ethnicon *Ἡρακλεώτας* Aetol. 1415,37, *Ἡρακλειωτᾶν* gen. pl. 1414,10. — *Ἡρώων* Aenian. 1438,10; *ἥρως* vocat. sg. Phthiot. IG. IX 2 n. 101, *ἥρωα* acc. sg. ibid n. 227.

-θη-: ἀνέθηκε Epir. 1372,1; 1373,1, 1374,1 et multa alia eiusdem generis.

-θηρ-: Βουθήρ[α] gen. sg. Aenian. 1431 a 6; *[Βουθή]ρα* 1431 b 3; *Βουθ[ήρ]α* 1431 b 15; Phthiot. *Βουθήρα* 1445,8. V. Bechtel-Fick, Gr. Prsnn² 80 et 14.

κλη-: ἔγκλημα Aetol. 1410,4; *ἐνκλήματος* Aenian. 1432 b 10; *ἐ[—]* 1432 b 12; *ἐκκλησίαι* Epir. 1335,5 et Phthiot. 1459,2; et restit. Aetol. 1412,8; *ἐκκλ[ησ]ίαν* Epir. 1338,5; *ἐ(κ)κλησίας* Phthiot. 1447,4. De origine huius stirpis vide G. Meyer, Gr.³ 74, 76; Brugmann, Grundr. II 951; Saussure, Mém. 269 sqq.

κτη-: Iuxta hanc stirpem, quae Attic. Ion. dialecti propria fuit, alteram *κτᾰ- (κτάομαι, κτέανον, κτέας)* per apophonen, quae dicitur vocalium, in Graeca lingua in usu fuisse mihi persuasi auctore G. Meyero (Gr.³ 76), nam aliter mira illa varietas in usu stirpium *κτη : κτᾰ*, quae in singulis Graeciae partibus apparet, vix explicari potest. Cf. Buck, Gr. D. 43; Meister, Gr. D. I 68, 221, II 34. [1]) Haec exempla e nostris titulis elegi:

Epir. *κτᾰ-*, quod etiam in vicinarum gentium, Corcyr., Delph., Phoc. etc. monumentis invenitur, semel exstat: 1339,13 *ἔγτασιν.* Alias *κτη* legimus etiam in eis titulis, qui *ᾱ* ge-

---

¹) Iniuria Buck l. c. stirpem *κτη* Communi sermoni tribuit, cum in Lesb. El. Locr. Phoc. (non semper), nec non in Cret. titulis frequentissima sit, e. g. Cret. CI 2556,13, III a. Chr. n. saeculi; 2558,8; El. *ἔγτησιν* GDI. 1172,24 et *η* in locum *ᾱ* non ante II a. Chr. n. saec. succedere coeperit Cf. § 2 et exempla eo loco supra a me allata. — Neque Meistero assentior *ᾱ* in stirpe *κτᾱ* (non *κτᾰ*) e genuino *η* ortum esse, nam huiusmodi *ᾱ* secundarium, quod dicitur, rarius in Graeca lingua est et Elei sermonis proprium. Stirps *κτᾰ* in titulis Corcyr. Delph. Thess. Phoc. (iuxta *κτη*) etc. nobis occurrit, at in Eleorum dialecto est *κτη*.

nuinum omnibus locis servaverint: *κτήματα* 1348,7 (in hoc tit. tamen *[Ἀγαθῆι τύ]χηι* v. 1); *Κτήσων* 1335,6, IV a. Chr. n. saeculi; *Κτήσ[ωνι]* 1335,7. In n. 1363 admodum mutilo nomen *[Ἐ]πικτᾶς* latere potest. Exitus nominis *-κτᾱς* ad normam complurium substantivorum satis frequentium in *-ᾱς* cadentium factus esse potest.

Acarn. *ἔγκτησιν* 1379,21; 1380 a 14; partim suppletum *[ἔγ]κτησι[ν]* 1380 c 11; totum restitutum [1380 b 10]; *ἐν[κτησιν...]* IG. IX 1 n. 516,13. Stirps *κτα* non invenitur.

Aetol. Iure *[ἔγκτησιν]* restitutum est in titulo 1424,4, nam in n. 1413,8, 30 nomen proprium *Κτήσιππον* legitur.

Aenian. *ἔγκτησιν* 1429 a 2; *ἔνκτησιν* 1431 b 10; v. IG. IX 2 p. 315,4 et partim restit. *ἐ[νκτη]σιν* 1435,6; in posteriore parte nominis compositi *-κτη-* est: *Ἐπίκτησις* IG. IX 2 n. 26,3.

Phthiot. In Phthiotarum monumentis haec exempla reperiuntur: *ἔγκτησιν* 1441,9; 1459,10; 1445,4; *ἔγ[κτη[σ[ιν]* 1440,8; *ἔνκτησιν* 1439,8; 1447,13; 1456 a 4; 1456 b 15; 1457 a 3; 1457 b 12; 1458,4, *[ἔ]ν[κ]τ[η]σιν* 1446,6; *ἔγκτησιν* IG. IX 2 n. 132,10; *ἔνκτησιν* ibid. n. 60,7. Eadem stirps in nomine *Ἐπίκτησις* 1469,1 est. V. IG. IX 2 p. 315,4.

μη: *μή, μήτε, μηθένα, μηθέν, μηδαμόθεν* etc. in omnibus titulis nostrarum gentium reperiuntur.

μηδ-: Nomina propria, ut *Διομήδης* Phthiot. 1466 a 1, quae ad *μῆδος* „consilium“ et *μήδομαι* revocantur, *η* genuinum semper servaverunt.

μην-: Antiquissima Graecae linguae forma **μηνς* ex legibus linguae **μενς* facta est, unde in „severiore Doride“ nominat. sg. *μής* (Tab. Heracl.) in „mitiore“ et Iade *μείς* natum est. Usitatissima nominativi forma *μήν* ex analogia casuum obliquorum orta est. V. Brugmann, Grundr. I 797, 753, Gr.³ 207; G. Meyer, Gr.³ 79, 385, 408. Cum nostri tituli reductis duabus in unam consonis (quae solum in Lesb. Thess. dialectis manserunt) ortum *η* ex-

hibeant, testimonia hoc loco afferre non necesse erit. Etiam in vocibus compositis *μην* semper est, e. g. *ἑξάμηνον* Aetol. 1412 a 1; Phthiot. 1461 I 3, 43; *τετράμηνον* Aetol. 1415,30; *νουμηνία* dat. sg. Phthiot. 1461 II 28; *νουμηνίου* 1451 b 8; 1461 I 58, alias; nec non in compluribus nominibus hominum, ut *Μηνᾶ* gen. sg. Phthiot. 1448 a 6; *Μην[ο]δώρου* Phthiot. 1449,5; *Μηνοφίλας* gen. sg. Phthiot. 1461 I 24 etc.

μηλ-: Nomina Phthiotarum *Μήλωνος* gen. sg. 1451 b 13 et *Εὐμήλου* 1461 I 54 ad vocem *μῆλον* referenda esse videntur. Contra *Μέλωνος* in eodem titulo, ubi *Εὐμήλου*, v. 64 aliam quandam stirpem habere putaverim,cum vocales longae et breves in hoc titulo II a. Chr. n. saeculo exarato inter se non sint permutatae. *Μέλων* Boeot. civis, ap. Xenoph., Plut.; dux Sygambr. Strab. — Nomen rarum *Μήκωνος* (gen. sg.) 1451 b 17 in *Μήλωνος* (gen. sg.), quod in antecedente versu est, mutaverim. Illud vero, si recte se habet, (*Μήκων* in Insscr. *Μηκώνη* nom. Sicyon. Hes. Strab.) cum verbo *μηκάομαι* vel cum *μῆκος* „statura magna“ Od. Xenoph. comparari potest.

χρη-: Ubique in hac stirpe *η* est, e. g. Epir. *χρήματα* 1369.5; Acarn. *χρήμασι* 1380 a 13 et bis restit. [1380 b 8; 1380 c 10]; *χρηστᾶς* 1401,2; Aetol. *χρήσθων* (< *χρηέσθων*) 1415,17, 28; Phthiot. *χρήμασιν* 1441,12 et saepe.

In verbo *χρῆσθαι* : *χρᾶσθαι* eiusdem modi „apophonen“ vocalium *η* : *ᾰ* subesse, quae est in stirpe *κτη* : *κτᾰ* (v. supra), titulorum testimoniis nisus probare non possum, nam Herodotica forma *χρᾶσθαι* non e *χρᾰ-εσθαι* contracta est, sed prorsus ad normam verborum *τιμᾶσθαι*, *ὁρᾶσθαι* etc. ficta., quod optime e verbi forma *χρῆσθαι* apparet (sexies ap. Herod., *χρέεσθαι* tredecies, v. Smyth, Gr. D. I p. 564, 242. [1]) Accedit quod in Attide *χρῆσθαι* est, (*χρᾶσθαι* in tit. Pir. II a. Chr. n. saec. Communi sermoni tribuendum est, v.

---

[1]) Aliter Smyth l. c., at vix recte explicavit stirpes *χρη* : *χρᾰ* fuisse, et *χράομαι* > *χρέομαι* = *τιμάω* > *τιμέω*, cum eiusmodi formae ut *τιμῆσθαι*, *ὁρῆσθαι* non reperiantur.

G. Meyer, Gr[3] 97 adnot. 1, Buck, Gr. D. 116) sed in Att. Ion. dialecto ᾰ + ε non nisi in ᾱ coaluerunt. Quare non dubito hoc verbum ad primariam formam *χρη-εσθαι (El. χρεῖσθαι, Boeot. χρειεῖσθαι) revocare, quacum exempla et nostrorum titulorum et ceterarum Graeciae dialectorum optime coniungi possunt.

b. η in terminationibus.

Primo loco commemorandum est nomen compositum ἐναρη-φόρε in titulo Aenian. 1438,10 versibus heroicis composito, quae forma *epica* η ex ᾱ < ᾰ ortum exhibet loco ο vocalis. Ἐναρο-φόρος apud Plutarchum invenitur. V. Brugmann, Gr[3] 165, 235 sqq.

In nominibus suffixo -τηρ (= της, τᾱς) fictis η communis omnibus Graecae linguae dialectis erat, (v. G. Meyer, Gr[3] 81; Meister, Gr. D. I 70, Buck, Gr. D. 120) βεβαιωτήρ Aetol. 1428 i 7; στατῆρας, στατῆρες saepissime in Phthiot. manumissionibus; ἀγητῆρα, σωτῆρα Aenian. 1438 (metr. tit.); idem „formans" inest in nomine Acarn. Σωτηρίδας Mitt. XXVII 334 n. 8,22; πεντα-ετηρίδα „quinquennium" in titulo Acarn. Magnesiae reperto n. 31 legitur.

Nomina propria, quorum posterius membrum est γενης, μενης, μηδης, πεθης, σθενης, τελης, η vocalem genuinam exhibent.

De η, quod e Communi sermone vel aliunde ᾱ- vocali successit, in antecedentibus (§ 2, 2, 3) disserui; id hoc loco commemoro, etiam in vocativo singularis η in locum α, quod antiquitus *breve* erat, irrepsisse. — η in aoristo passivi et optativo nihil peculiare praebet. De η : ῃ : ει in III persona singularis coniunctivi v. §§ 18, 46.

Postremo de η, quod est in verbis in -εω exeuntibus et in nominibus propriis ex eis ductis, disserendum est. In titulo Aenianum 1432 b 2 lapidis scripturam ἐξεδίκησαν iure a Fickio in ἐξεδίκασαν mutatam esse censeo, nam hanc formam ad praesentem ἐκδικάζω (non ἐκδικέω,) quod verbum etiam in tit. 1432 a 10 ἐκδικαζομέ[νοις] (Fick falso: ἐνδ⁰) est, et melius cum substantivo in περὶ τᾶς δίκας ᾶς ἐξεδίκασαν l. c. coniungi potest. In aoristi et futuri temporibus ver-

borum in -εω cadentium et in nominibus ex huiusmodi vocibus derivatis η in omnibus Graeciae partibus invenitur, e. g. *ἐπιχωρησάντων* Aetol. 1415,3; *ἐπιχωρήσωντι* 1411,5; *ἐπόησα[εν]* 1420,7; *ἐνδαμήσας* Acarn. IG. IX 1 n. 516,4 *Φιλησίου* n. 517,2; *παρ[ε]πεδάμησαν* Epir. I Magn. 32,40 etc. — Phthiot. *Ἀφθονήτου* 1464,4 et IG. IX 2 n. 206 II b. vv. 3, 20.

Adn. Verba in -άω (< -ᾱω), -εω exeuntia in compluribus Graeciae regionibus, ut apud vicinas gentes Locrenses, Phocenses, Eleos, Delphos, Epirotas (in titulis 1586,1; 1587,2, Dodonae effossis) per analogiam inter se mixta sunt; v. G. Meyer, Gr.[3] 596 sqq.; Brugmann, Grundr. II 1158; Meister, Gr. D. I 180; Buck, Gr. 115 sqq. et tab. III. Quem usum ab Aetolorum dicendi consuetudine non alienum fuisse forma *νικεόντοις* 1413,16 ineuntis II a. Chr. n saeculi, indicat.

Nomina hominum, in quorum priore parte *Ἁγησ-* est, in § 2, 1 a enumeravi; ea vero nomina composita vel derivata, quorum prius membrum ad praesentis stirpem *ἀγε-* refertur iam η iam ε praebent; quae η habent, ad normam eorum nominum, quae aoristi stirpem in priore parte habent, formata esse arbitror. Accedit quod omnino in Graeca lingua et ultima vocalis prioris partis et prima vocalis posterioris partis nominis compositi plerumque productae sunt. Exempla supra l. c. et § 4 b et c attuli.

c. η productum.

Haud aliter atque ᾰ etiam ε in η productum est in vocabulis compositis, quorum secunda pars ab hac vocali incipit: *Ἐπ-ηράτου* Acarn. 1379,17; *ἤρατος* ad *ἐρατός* referendum est.

Inde a temporibus linguae communis Ieurop. in augmento temporali, quod dicitur, verborum ab ε vocali incipientium est η, e. g. *ἠλευθερώθη*. Cf. § 47.

d. De η e contractis vocalibus ε + η, ε + α orto v. § 22.

§ 5. ẹ̄ sonus (signis *ει*, *ε*, *(η)* expressus).

Mutatis quibusdam consonis proxime sequentibus breve *e* in omnibus Graeciae regionibus productum est. Et hic sonus et e contractis vocalibus natus *ē* in Doride

severiore, quam vocant, antiquitus apertus et genuino *e* similis, eodem signo *H* exprimebatur. In aliis Graeciae regionibus, in Megaride, Corintho, Achaia, Locride et in ea Graeciae parte, quae ad septentriones et occasum solis spectat *semper* clausus pronuntiabatur et litteris *EI* vel *E* scribebatur. Quod Thumb, Handb. 204, et alii *e* sonum, spurium quem appellant, etiam apud has gentes antea *H* littera scriptum esse pro certo sumpserunt, ego aequo iure apud illas quidem gentes, quae antea utrumque sonum *H* signo reddebant, *e* spurium genuino ē *numquam prorsus similem* fuisse e diversa scribendi ratione, qua in posterioris aetatis monumentis exprimebantur (v. Thumb, Handb. 203), concluserim. Itaque eos Graecos, a quibus *e* spurium et *ē* genuinum eisdem litteris expressa esse e titulorum testimoniis non apparet, iam antiquissimis temporibus suo utrumque sonum signo scripsisse, nescio cur non contenderim. — Ex antiquissimis Corinth. et Locr. inscriptionibus, quae *ει* (= ẹ̄) praebent, hanc scribendi consuetudinem in nostro sermone vetustam et eius propriam fuisse neque ex Attica et Communi dialectis irrepsisse concludi potest. Cfr. Thumb, l. c.; Brugmann, Gr.[3] 77; IF. IX 343; G. Meyer, Gr.[3] 122 sqq.

1. *ει* = ẹ̄ ante *ϱ, λ, ν, ν, μ* < *ϱϱ, λλ, νν, μμ*.

a. *ει* = ẹ̄ ante *ϱ* < *ϱϱ*.

In nomine civitatis Epiri et incolarum eius *Ἄπειϱος*, *Ἀπειϱῶται*, quae saepissime in Epir. titulis exstant. V. Baunack, Index. De *Ἀπιϱώταις* cfr. § 10.

b. *ει* = ẹ̄ ante *λ* < *λλ*.

ἀποστείλαντες Aetol. 1411,3; *ὀφείλη* Aetol. 1415,19; *ὀφείλοντι* ibid. vs. 22 et multa alia eiusdem generis.

De voce *χείλιοι* : *χίλιοι* §§ 10, 45 disserui.

c. In plurimis Graeciae regionibus *F*, si post consonas *ν, λ, ϱ* erat, vocali antecedente non producta disparuit; in aliis partibus digamma sonis *ν, λ, ϱ* assimilatum est, atque consonis deinde in unam reductis praecedens voca-

lis longa facta est. Quem varium usum variae naturae digammatis (*F*: *u̯*) acute attribuit Solmsen, Untersuchungen, 181 sqq. et 302 sqq. Stirps *ξεν* < *ξενF*, saepissime in titulis omnium nostrarum gentium invenitur in appellativis et propriis, in simplicibus et compositis, e. g. *ξένος, πρόξενος, προξενία, Ξένυς, Ξένων, Ξενώ, Ξέναρχος, Χαρίξενος* etc. In duobus titulis Acarn. *ξειν-* reperitur: IG. IX 1 n. 447,$_{15}$, quantum forma litterarum (ΑΠΟΣ) indicat, II a. Chr. n. saeculi, inter testes manumissionis *Πολύξεινος Λοχάγου* nominatur, quem ego peregrinum esse putaverim, quippe cum in eodem versu alter homo nomine *Ξένωνος* (gen. sg.) appelletur. *ὦ ξεῖνοι*, quod in epigrammate Acarn. Mitt. XXVII p. 349, II—I a. Chr. n. saec. legimus, epici sermonis imitationi tribuere haud dubito, praesertim cum in hoc ipso titulo nomen proprium *Ξένωνος* reperiatur. — *ἕνεκα, ἕνεκεν* nostrarum dialectorum proprium est. Exempla § 1 attuli.

d. *ει* ex *ε* ortum est ante **σμ* > *μμ* > *μ* in verbi formis *εἰμί, εἶμεν*, quae frequenter in titulis exstant. — In recentioribus titulis aliquoties est *εἶναι* Communis sermonis.

e. -**εσν* > *ενν* > *ειν* : *Φάει[ν]ος* (< **ΦαFεσνος*) Phthiot. IG. IX 2 n. 173. In nominibus *Φανᾶ* Phthiot. 1456 a $_{10}$ et *Φανοδίκωι* Aenian. IG. IX 2 n. 6 c $_{2}$, *ᾱ* ex *α* + *ει* producto evasit. Cfr. Smyth, Gr. Dial. I 273; Schulze, Quaest. ep. 167.

2. Nasali ante sequens *σ* excisa breve *e* longum (ẹ = *ει*) factum est.

a. Participia primitus in -*εντ-ς* exeuntia, ut *παρακληθείς* Phthiot. 1447,$_{2}$, *ἀπελευθερωθείς* 1461 I $_{22}$ et multa alia eiusmodi nihil peculiare praebent.

b. Praepositio *ἐν, ἐνς* (> *εις*) cum accusativo coniuncta.

De huius praepositionis in singulis Graecae linguae dialectis usu nuper disseruit R. Günther, IF. XX pp. 1—11. Cum ad exempla ab eo e nostris titulis collecta nonnulla

addere possimus neque de usu earum idem iudicemus, omnia testimonia afferre necesse erit, quippe quae ad illustrandum, quam inter se habeant rationem dialecti Aetolorum, Phthiotarum, Aenianum, Acarnanum, Epirotarum, maximi mihi videantur esse momenti.

Epir. *εἰς τὸν* I Magn. 32,15, 33, 39; partim suppletum est *[εἶ]ς* 1361,4 et totum restituendum atque restitutum in tit. 1343,6 *-εἰς] τὸν;* 1348,4 *[....εἰς τὸν....]*

Acarn. Etiam in Acarn. titulis solum forma *εἰς* invenitur, e. g. *εἰς τὰν* IG. IX 1 n. 485 a 5, III a. Chr. n. saec.; *εἰς τὰς* n. 516,4 II a. Chr. n. saec.; *εἰς ἀρρωστίαν* ibid. vs. 8. In epigrammate Acarn. Mitt. XXVII p. 342 n. 22 vv. 6, 10, 12 *εἰς* c. acc. coniunctum est. In titulo Acarn. Magnesiae reperto I Magn. 31 iuxta usitatam formam *εἰς* quater repetitam: *εἰς ἀπαρχάν* 34; *εἰς τὰν* 35; *εἰς τὸν* 38, *εἰς στάλαν* 39 semel *ἐς* ante vocem a consona incipientem reperitur: *ἐς τοὺς Ἕλλανας.*

Aetol. Multo aliter res se apud Aetolos habet, nam in titulis eiusdem aetatis (III et II a. Chr. n. saeculorum) *ἐν* cum accusativo coniunctum invenias: 1410,6; 1411,18; 1413,3, 5, 16, 22, 25, 32 bis; 1415,4, 5 bis, 7, 8 ter, 10 bis, 11, 12, 31, *ἐ[ν]* 1415,20; [1413,26]. Iuxta quam formam vel in eisdem monumentis *εἰς* c. acc. aliquoties reperitur: 1411,16; 1413,14; 1415,25, 26; et rest. 1418,2 *[....εἰς αὐτὸ....]*, nescio an recte. — In titulo Aetol. I Magn. 28,5 *ἐν τοὺς νόμους* et restit. ibid. v. 4 *[....ἐν] τὸμ πάντα....;* titulus exeunte III a. Chr. n. saeculo insculptus est. I Magn. *ἀναγραψάντω δὲ καὶ ἐν τὸ ἱερον.* Item in tit. *Ἐφ. ἀρχ.* XXIII n. 8 *γ*, III a. Chr. n. saeculi: *ἐν τοὺς Ἀμφικτύονας* vs. 21; *ψάφισμα ἀναθέμεν ἐν Θέρμον καὶ ἐν Δέλφους* v. 22—23; *ἐν τε Δέλφους* ibid. n. 8 *δ*. v. 15. — Contra in antiquissimo Aetolorum sermonis monumento, pacto inter eos atque Acarnanes circa annum a. Chr. n. 275 icto, *Ἐφ. ἀρχ.* XXIII n. 1, constanter *εἰς* cum accusativo usurpatur, e. g. *ἄχρι εἰς θάλασσαν* v. 4. *εἰς θάλασσαν* ibidem n. 2,6, III a. Chr. n. saec.; *εἰς αὐτούς* n. 5,5 et n. 6,4 II et III a. Chr. n. saeculorum; *εἰς τὸ ἔθνος* n. 9 *ϑ.*, IG. IX 1 n. 415,5 ineuntis II a. Chr. n. saeculi, *εἰς αὐτούς.*

Aenian. Etiam apud Aenianes *ἐν* c. acc. in usu erat: *διατελεῖ ἐμ πᾶν τὸ...* 1431 b 6; tit. probabiliter post annum a. Chr. n. 195 in lapide incisus est. — *εἰς αὐτούς* 1433,5. In inscriptione 1432 b = IG. IX 2 n. 7 a, versu 16 ab Hillero suppleto inusitata praepositionis forma *ἐς* invenitur: *[— ὀνόματα ἐς τὰ ἀντί]γρα[φ]α τε[θῆναι...]*. Ego in hoc titulo II a. Chr. n. saec. vix priore (litt. ΑΓΟΣ) *ἐν* vel *εἰς* posuerim. Cfr. Günther, IF. XX pp. 3—6 de *ἐς τοῦτο: ἐνς αὐτό, εἰς αὐτό* in singulis dialectis.

Phthiot. In inscriptionibus Phthiotarum III et II a. Chr. n. saec. *ἐν* cum acc. frequenter nobis occurrit: 1440,9; 1447,14; 1449,3; 1453,3, 5; 1456 a 6; 1457 a 5; 1457 b 13; 1459,11; et sine dubio recte suppletum [1441,4; 1444,9; 1445,6]; atque priore vel posteriore littera restituta *[(ἐ)]ν* 1448 a 2; *[ἐ]ν* 1440,3; 1456 b 17; *ἐ[ν]* 1450,2; 1458,5. Haud aliter in tit. in IG. IX 2 editis res se habet: n. 66 a, qui circa a. 170 inscriptus esse videtur, cf. Kern, l. c. *ἐν* agnoscit: *ἐν τὸ* vs. 4; *ἀναγραφῆι ἐν τὰν βάσιν* vs. 14. N. 132,11 *ἐν τὸν;* n. 223,4 *ἐμ πᾶν*, qui II a. Chr. n. saec. esse videntur.

In locum huius praepositionis e Communi sermone *ἰς (= εἰς)* irrepsit: IG. IX 2 n. 80,5 *ἰς αὐτήν.* [1]) In tit. 89 a 21 aa. 150—147 inscripto *εἰς τὴμ φιλίαν* Communi sermoni tribuere non dubito.

Itaque in usu praepositionis *ἐν : εἰς, ἐς(< ενς)*, Epirotarum, Acarnanum sermo ab Aetolorum, Aenianum, Phthiotarum dialecto multum distat: in titulis eiusdem aetatis (III et II a. Chr. saeculorum) illi non nisi *εἰς, ἐς* agnoscunt, hi praepositionem *ἐν*, aliquoties *εἰς* exhibent. Nescio quo iure Günther l. c. et Buck, Gr. D. 159, cfr. p. 10 etiam illas gentes olim *ἐν* c. acc. usurpavisse atque eadem dialecto locutas esse qua Aetolos, Aenianes, Phthiotas etc. contenderunt. Nobis hic usus optimum testimonium

---

[1]) Hic titulus Lamiae repertus *κοινὴν* praebet: *Ἡ πόλις Σεβαστήων, ἀρετῆς* etc., at species litterarum (ΑΠΟοΣ) antiquiorem aetatem indicat. — De *ἰς*-forma v. § 10.

esse videtur, quo demonstretur Epirotas et Acarnanes *semper* — saltem quoad nova exempla, quae a nostris distent, e solo eorum effossi erunt — sermone Doriensium Peloponnesi, Corcyraeorum etc. dialecto simillimo usos esse; Aetolos, Aenianes, Phthiotas vero more Locrensium, Thessalorum, (Boeotorum), Phocensium (de Delphicis titulis saepe aliter iudicandum est, cfr. exempla a Günthero IF. XX pp. 6, 7 allata) ἐν praepositionem usque ad inferiorem aetatem adhibuisse, ita ut Phthiotae, qui Aeolicis gentibus proximi erant atque hic et illic etiam alia eorum sermonis propria nobis praebent, tenacissime ἐν c. acc. asservaverint, Aetoli iam ineunte III a. Chr. n. saeculo εἰς e lingua vicinarum gentium in locum ἐν accepisse videantur. Cfr. pactum circa annum a. Chr. n. 275 inter Aetolos et Acarnanes ictum. V. quae Solmsen de praepositionum in Graecae linguae dialectis usu egit Rhein. Mus. LXI 491—510.

3. De ει spurio e contractis vocalibus ε + ε orto § 22 egi.

4. ει spurium pro sonis ε et ῑ scriptum, et vice versa ει spurium litteris ε, η, ι redditum est.

a. Pro ε aliquoties ει = ẹ ante vocales scriptum est, e. g. Epir. εἰάν 1348,5 (ἐάν in tit. Phthiot. IG. IX 2 n. 198 Communi sermone scripto); Acarn. Ἡρακλείου IG. IX 1 n. 450 (litt. A), Aetol. Διοκλείους I Magn. 91 c 5, et restit. [Σωσικλείου]ς I Magn. 91 a 9. Cuius rei testimonia e titulis Graecis collegerunt G. Meyer, Gr.[3] 221 (aliter idem rem exponit, p. 110), Schweizer, Pergam. Inschr. 44, Nachmansson, Magn. Inschr. 21 sqq., Kretschmer, Vaseninschr. 136, alii a Kretschm. enumerantur.

b. Ad significandum ει spurium, quod ante sequentes vocales α et ο — nisi ι praecedebat — suum sonum ẹ diu servavit, postquam ει omnino in Graeca lingua in ι transire coepit, ε et η litteris Graeci utebantur: Κλεώ nom. sg. fem. gen. Acarn. IG. IX 1 n. 491 et Aenian. 1437,1, quo cum nomine [Κ]λειοῖ voc. sg. Acarn. 1392 (litt. A) compa-

rari potest. Ἡρακλεώτας nom. sg. Aetol. 1415,37, Ἡρακλεῶται I Magn. 28,13 sed Ἡρακλειωτᾶν 1414,10 et [Ἡ]ρακ[λ]ειώται Phthiot. 1456 b 13. [1]) Pro usitatissima Graecae linguae forma σεβαστός nostri tituli constanter σεβάστηος (= ^{0}ειος) praebent, v. IG. IX 2 Index. p. 317, V. Cfr. Nachmansson, Magn. Inschr. 41 sqq. et 43 adn. 3; Schweizer, Pergam. Inschr. 55, alii.

Adn. Eandem variationem sonorum non exhibent nomina propria in -είας, -έας, -ίας, -εια : -ία cadentia quae in Graeca lingua alia iuxta alia reperiuntur, e. g. Μνασείας Acarn. IG. IX 1 n. 446,5: Μνασ[έα] Aenian. n. 16,15; Μεννείας Acarn. 1400,3: Μεννέα gen. sg. 1403,2; Ξενίας IG. IX. 1 n. 437; Ἀγέα gen. sg. Epir. 1356,9; Ἀρχέα gen. sg. Phthiot. 1461 II 18, 19, Παρμένεια Phthiot. IG. IX 2 n. 105 et 124; Παρμενία ibid. n. 104,9, etc. V. G. Meyer, Gr.[3] 183; Schulze, Quaest. ep. 297 sqq.; aliter atque Schulze rem exponit Kretschmer, Vaseninschr. 130; cfr. insuper Schweizer, Pergam. Inschr. 54 adnot., ubi plures numerantur.

c. De ε, quod pro diphthongo ει est, § 13 disserui.

d. De ηι : η : ει (= ẹ̄, ē) § 17 egi.

e. De ει pro $\bar{\iota}$ et vice versa $\bar{\iota}$ pro ει scriptis v. § 10.

5. Latinum *ē* constanter η reddebatur, ut Κορνηλίου 1418,4; [δη]νάρια Phthiot. IG. IX 2 n. 185,10; Aenian. IG. IX 2 n. 56,7 etc., semel ει litteris expressum est: δεινάρια Aenian. IG. IX 2 n. 13,5, I *post* Chr. n. saec.

§ 6. ο.

1. De voce ὄνομα : ὄνυμα parum certi constat. Cfr. G. Meyer, Gr.[3] 114, Kretschmer, KZ. XXXI, 377; Smyth, Gr. D. I 156, Solmsen, Beiträge, 111, Hoffmann, Gr. D. II, 402 et praeterea quae postremum in Glotta I 353 (Annual of the Britt. School at Athens XIII, Session 1906—07, p. 1—218) acta sunt. In nostris titulis, ut in sermone Attica et Phoc. etc., ὄνομα usitatam fuisse haec exempla ostendunt:

---

[1]) In titulis Magnesiae η loco ει in hoc nomine gentili esse testis est Nachmansson, Magn. Inschr. 22.

Epir. *[ὄν]ομα* 1363,2, *ὀνόματα* 1347,8. Acarn. IG. IX 1 n. 447,5, 448,4. Aetol. 1427,5, 1428 i 5. Aenian. *Ὀνομάρχωι* 1432 a 11; (lapis: *Ων*^{0}). Phthiot. *Ὀνομάρχου* 1445,9 (Pitt. *Ὀ(ν)ομά(ρ)χου*); *Ὀν[ομάρχου]* 1446,4.

Iuxta quas formas in titulo Aetol. 1425,4 *ὄνυμα* et restit. 1426,5 reperiuntur. Utrum ab antiquissima aetate originem trahant, an alienae sint originis, diiudicare non audeo. Cfr. Thumb, Handb. 199; etiam in Delph. titulis et in nummis Phoc. *ὄνυμα* invenitur, v. G. Meyer, Gr.^{3} 114. — In nominibus propriis in *—ώνυμος* exeuntibus *υ* omnibus Graecae linguae dialectis communis est.

2. *ο*, ut *ε* (cfr. § 3), coartatum sonum habuisse his e rebus colligi potest:

a) *ο* pro *υ* (vel vice versa *υ* pro *ο*) scriptum est in nomine gentili *Δοεσστός* Epir. 1350,4, quocum *Δυέσται*, de quibus Strabo mentionem fecit (326) comparandum esse videtur.

b) Genetivus sg. nominum in *-ης* cadentium in *-εους* (*-ειους*) pro *-εος* exit, e. g. *Νικοκρατέους* Phthiot. 1461 I 40, 44, Kern: ^{0}*εος* IG. IX 2 n. 109 a *Καλλικλέους* Phthiot. IG. IX 2 n. 207 l. (l. ΑΠΟΣ) plura § 43 invenias. Cfr. G. Meyer, Gr.^{3} 438.

c) *-ευ* pro *-εο* in quibusdam nominibus Epirot. et Acarn., v. § 22 et § 11.

d) Commemoranda sunt nomina propria *Ἀστυ-* : *Ἀστο-* in priore parte exhibentia, nisi forte *ο* e nominibus frequentissimis, quorum prius membrum in *-ο* exit, irrepsit. *Ἀστοκλέα* gen. sg. Phthiot. 1461 I 38, 40; *Ἀστυφίλου* 1451 c 4; *Ἀστύμαχος* IG. IX 2 n. 153. [1])

3. Signo *ο* Latinas vocales *ŏ*, *ŭ*, *ū* reddebant:
ο = ŏ Lat.: *Κορνηλίου* Aetol. 1418,4; Aenian. IG. IX 2 n. 13,16.

[1]) „*Ἀστόμαχος Δελτ.* Bull. Hell. quod Giannopulus etiam in novissima epistula testatur." Kern, l. c. adnotavit.

o = *ŭ* Lat.: *Λευκόλλον* Aenian. IG. IX 2 n. 38,3; *Λοτάτιος* Phthiot. IG. IX 2 n. 89 a 12 et in nominibus in *-us* exeuntibus, ut *Λεύκιος*, *Λούκιος*, *Ἄννιος*, *Βετούριος* etc. v. Index. IG. IX 2 p. 310. — Etiam pro Latino *ŭ* = v *o* scribebant, e. g. *Κοΐντος* (= Quintus); *Κοΐγκτιος* (= Quinctius) IG. IX 2 n. 89 a, b.[1]) Cfr. § 8.

o = Lat. *ū* *Πόπλιον*, *Ποπλίου* Acarn. 1380 a 9. Cfr. Schweizer, Pergam. Inschr. 70. „In diesem Worte wurde die Ortographie *-o-* traditionell und findet sich daher in die spätesten Zeiten." Latino *ū* etiam *ευ* et *ου* respondent, v. §§ 8, 20.

4. De *ε* : *o* § 3 disserui; hoc loco addere lubet nomen novum atque, quantum ego comperi, in Graeca lingua inauditum *Μόκωνος* Mitt. XXVII p. 333 n. 7, quod fortasse pro *Μήκωνος* Phthiot. 1451 b 17 incisum est. Preuner l. c. adnotavit: „Sinn des Namens und Bedeutung am Fundorte sind mir unklar."

5. *O* signum *ου* spurii, quod dicitur § 8.

§ 7. *ω*.

Vocalis *ω*, quae primitus et qualitate et quantitate *o* vocali et *ου* spurio (productione et contractione orto) dissimilis erat, inde a III a. Chr. n. saeculo cum his commisceri coepta est. V. Meisterhans-Schwyzer, Gr. d. Att. Inschr.[3] 24, Björkegren, Dial. Rhod. 34. Nostri tituli, quorum plurimi III et II a. Chr. n. saeculorum sunt, genuinum *ω* semper suo loco exhibent in stirpibus vocabulorum, ut in *ὠκ*, *Ωπ*, *Σω-*, *Σωσ(ι)-*.[2])

---

[1]) *F* (= *υ*) ceterorum Graecorum in nostris tilulis *o*-littera redditum est. v. § 29.

[2]) Cfr. quae de *Σω* : *Σᾰ* : *Σᾱ* egerunt Meister, Gr. D. II 93, Ehrlich KZ. XL 355 sqq.; Buck, IF. XXV 262; Spitzer, Laut.lehre des. Arcad. 43; Sadée, De Boeot. tit. dial. 86, 88; Brause, Kret. Dial. 91 sqq.

ὠφέλει Phthiot. 1447,8 et nom. propr. *Ὠφελίων* Epir. 1372,1; *Ὠφελίωνος* Aetol. IG. IX 1 n. 410 et Acarn. Mitt. XXVII p. 337 n. 13; cfr. nomen *'Οφελ-ἀνδ[ρου]* Acarn. ibid. p. 334 n. 8,6. V. Bechtel-Fick, Gr. Prsnn.[2] 227.

Vocalis *ω* in *Δωρι-* genuina est et *δωρ(ι) : δορυ = γωνια : γονυ*, v. Schulze, Quaest. ep. 514; Solmsen, Unters. 182; aliter, at vix recte Björkegren, Dial. Rhod. 58 sqq.; Bechtel-Fick, Gr. Prsnn.[2] 102. *Δωριμάχου* Acarn. 1389,6; *Δωρίμαχος* Aetol. 1415,2; Aenian. *Δωρίμαχε* IG. IX 2 n. 52 a. *Δωρίς* ibid. n. 15,7.

2. In suffixis et terminationibus *ω* plerumque suo loco remansit:

a) in nominativo sing. nominum feminarum, ut *Δικκώ*, *Κλεώ*, *Ξενώ* etc., v. § 39.

b) in nominibus masc. gen. in *-ων*, *-ωνος* (*-ονος*) exeuntibus, e. g. *Φορμίων*, *Θυίωνος*, v. § 41.

c) *-ωρ : Νικάνωρ*, § 42.

d) in formis modi coniunctivi; in participiis praesentis temporis *-ων*, perfecti *-ως*; in imperativo.

e) in genetivo pluralis numeri stirpium in consonam cadentium.

3. De *ω : ο* § 24 egi.

4. *ω*, quod e vocalibus contractis evasit, § 22 tractavi.

5. De *ωι : ω : οι* §§ 18, 36.

§ 8. *ū* sonus (signis *ου*, raro *ο* redditus).

1. *u* (= *ου*, *ο*) productione ortum.

In monumentis nostri sermonis, IV a. Chr. n. saeculo non prioribus, brevis *o* sonus ante duas sequentes consonas inter se assimilatas atque in unam reductas in *ọ̄* productus et plerumque *ου* litteris expressus est.

a) *ολν > ολλ > ουλ :*

In vetustissimo nostrae dialecti testimonio, titulo Acarn. IG. IX 1 n. 442, Strati effosso, quem Dittenberger

specie litterarum nisus initio IV a. Chr. n. saeculi exaratum esse collegit, productus ū sonus littera o scriptus est: vs. 9 *ΒΟΛΑΡΧΟΣ* = *βούλαρχος.* [1]) — Ubique alias, in titulis recentioris aetatis hoc loco *ου* est, ut in stirpe *βουλ-*, quae in nominibus propriis frequentissima est. Cfr. quae de hac stirpe egerunt Brugmann, Gr.[3] 73; G. Meyer, Gr.[3] 137; Smyth, Gr. D. I 228; Meillet, IF. V 328.

Adn. In decreto foederis Acarn. 1379,16 Lacedaemonio cuidam nomen *'Ανδροβόλου* est, et in manumissione Epir. 1350,4 *'Αντίβολος Νικάνορος Δοεσστός* commemoratur; quae nomina cum *βόλος* : *βάλλω* coniungenda sunt.

b) Si o ante *ρF* stabat, consonis in unam reductis productum est: *Κουροτρόπου* Acarn. 1379,11; 1380 a 6; *Ζηνοκούρος* IG. IX 1 n. 516,3; [2]) Phthiot. *μήνος Κουραλίου* IG. IX 2 102 b 3.

Plerumque tamen in nostris dialectis, ut in plurimis Graeciae sermonibus *F* nullo vestigio relicto disparuit, cfr. quae de *α* et *ε* productione ortis §§ 2, 5 disserui, et Brugmann, Gr.[3] 40, Solmsen, Untersuchungen, 181 sqq., Schweizer, Pergam. Inschr. 67 adnot. 2. Exempla: Aetol. *ὅρια* 1415,3; *ὅροις* 1415,17, exeuntis III a. Chr. n. saeculi; *ορίων* 1413,20 (aa. 179—172 a. Chr. n.), *ορίξη* ibid. v. 18; *ὅρια 'Εφ. ἀρχ.* XXIII n. 1,3; ibid. n. 2,3; Aenian. *ὅρεος* 1432 b 3; *ὅρος* 1432 b 10; Phthiot. *[Δ]άματρι καὶ Κό[ρα]* IG. IX 2 n. 134 (litt. ΑΆ).

c) Haud aliter o vocalis ante *λF* > *λ* integra mansit, e. g. *ὅλον* Phthiot. 1461 I 61; II, 2.

d) Nasali ante sibilantem *σ* excisa antecedens breve o in *ου* productum est: *Μούσαις* epigramm. Acarn. sepulcral. Mitt. XXVII p. 339 n. 21,1; *μουσικόν* Aetol. 1413,9, 15; *Μοῦσις* Phthiot. 1461 II 57; in participiis: Epir. *[οὖ]σας* 1348,5; Aetol. *οὖσα[ν]* 1413,1, *θεοκολευούσας* 1428 i 3; *συνευ-*

---

[1]) In eadem inscriptione etiam ō sonus, qui e contractis vocalibus evasit, signo O redditus est; § 22.

[2]) Quod nomen tamen incertum est, v. § 4.

δοκεούσας 1425,2; *[συν]⁰* 1426,1; Aenian. *ἐπιδιδούς* 1431 b 7; in accusativo pluralis numeri *ο*-stirpium, exempla § 36 enumeravi. — In nomine dei *Διόνυσος* et in nominibus inde derivatis nostri tituli, ut Corcyr., Locr., Phoc., Att. etc. (v. G. Meyer, Gr.[3] 381) semper *ο* breve exhibent. Cfr. quae de hoc nomine obscurissimo egerunt Solmsen, KZ. XXIX, 89 sqq. Brause, Kret. Dial. 206 adnot., Sadée, Boeot. tit. Dial. 30 sqq. (qui duplices consonas a Boeotis eadem ratione in simplices mutatas esse, qua ab Aetolis, Locris, Phocensibus, Doribus contendit — at iniuria: a nostri sermonis usu discrepant Boeot., *Διώνυσος*, *βωλα* in *Νικοβώλα*, *Αὐτόβωλος* etc.). Mihi videtur prior pars huius nominis *Διο-* fuisse, et *Διος-*, quod subest in Thessal. *Διοννύσοι*, Cret. *Διοννυσίαν*, Lesb. *Ζόννυσος*, Boeot. *Διώνυσος*, ex eis nominibus usitatissimis irrepsisse, quae genetivum *Διος-* in priore membro habent. Restat, ut exempla enumerem: Aetol. *Διονυσιακοῖς* 1411,15; *Διονυσίου* 1425,2; *Δ[ιο]νυσίου* 1413,29 (nomen mensis); *Διονύσου* 1411,5; *Διονύσω* 1427,6; *Διονύσωι* 1425,3; 1427,3: *⁰[ωι]* 1426,3; Aenian. *Διονυσίου* IG. IX 2 n. 24,2; *Διονύσιος* n. 26,1. Phthiot. *Διονύσιος* 1461 II 69; *[Διονύ]⁰* 1451 a 7; *Διονυσίου* 1461 I 71; II 5; *Διονυσίο[υ]* IG. IX 2 n. 221,2; *Διονυσ(ί)α* (vocat. sg.) ibid. 225; *Διονυσία[ν]* 198. In antiquissimo Phthiot. linguae monumento IG. IX 2 n. 95 (editum BCH. XV p. 343, n. 20) *ΔΙΟΝΥΣΙΟ* in lapide insculptum est, quod ego his exemplis supra allatis nisus *Διονυσίου* transcribere non dubito.

2. De *ου* spurio, quod e contractis vocalibus *ο* + *ο*, *ε* + *ο*, *ο* + *ε* ortum est § 22 egi.

3. *ου* in locum aliorum sonorum successit:

a) *ου* pro *ο* est in genetivo sg. nominum in *-ης* cadentium, cfr. supra § 6 et infra §§ 22, 43.

b) loco *υ* (= antiquo *u* sono) *ου* spurium esse suspicor in nomine civis Thesprotii *Ὀξουχάρου* Epir. 1351,10 (lapis *Θο⁰* = *[(ὁ)]* *Ὀ.*), quocum comparari potest Boeoticum nomen *Ὀξουμάχου*, ubi *ου* litteris antiquus *u* sonus expressus est.

4. Latinum *ū* Graeci circa et post Chr. n. aliquoties signo *ου* reddebant: Aenian. IG. IX 2 n. 40 (intra annos 17 *ante* et 2 *post* Chr. n. exar.); *Λούκιον*, *Ἰούλιον* vv. 4, 5. *Σεκοῦνδα* n. 21,4. Cfr. § 6 et 20. — *ου* signum Lat. *u* (= *v*) est: *Φλαούϊον*, *Φλαουΐου* Aenian. IG. IX 2 n. 44.

§ 9. *ĭ*.

Quae de usu *ι* brevis in titulis nostrarum gentium commemoratu digna mihi videbantur partim in antecedentibus (§ 3, *ε : ι*) tractata, partim in posterioribus (§ 11 *υ : ι*, § 10 *ĭ > ῑ*) tractanda sunt. Hoc loco quaedam menda lapicidarum affero: *Ἀντιφίνης* quod Kern, IG. IX 2 n. 230 iure in *Ἀντιφ[ά]νης* mutavit. [1]) Pro lapidis scripturam *Πολυμνιαστος* IG. IX 2 n. 216 a 11 (= 1456,11 ap. Coll.) Kern *Πολύμναστος* posuit. — *Δι(ι)οκλέο[ς]* Kern IG. IX 2 n. 61, *Δ[αμ]οκλέο[ς]* Fick 1439 scripsit. *Ἡρα<ι>ίς* IG. IX 2 n. 18, cfr. *Ἡραΐς* n. 824.

§ 10. *ῑ*.

1. Ut in compluribus et diversis Graeciae regionibus inde a V a. Chr. n. saec. etiam in nostris titulis III et II a. Chr. n. saeculorum et posterioribus breve *ĭ* longum factum est in connexa serie sonorum *ĭγν* (= iŋn) > *ĭνν* > *ῑν*, Brugmann, Gr.[3] 107, G. Meyer, Gr.[3] 364. Per dissimilationem quandam consonarum *γ* — *γ* posterius *γ* disparuisse atque *ĭ* > *ῑ* factum esse ex analogia verborum, ut *κρίνομαι*, *κρίνω*, *τείνομαι*, *τείνω* docuit Dieterich, Untersuchungen 120, eodem fere modo Buck, Gr. D. 69. Optime diversas sententias inter se comparavit atque acute de eis iudicavit Nachmansson, Magn. Inschr. 108 adn. Quo tempore in variis Graecae linguae dialectis *γĭγν* > *γῑν* factum sit, ibidem exposuit. — Exempla haec sunt: Epir. *γινέσθω* 1348,6. —

---

1) *Adn.* l. c. „*Ἀντιφίνης* lecture certaine, forme nouvelle". Si vera esset lectio, novum exemplum praeberet assimilationis quam appellant progressivam. Cfr. § 1,1.

Acarn. παραγινομένους I Magn. 31,33. — Aetol. in titulo 1415, exeunte III a. Chr. n. saeculo exarato: γινόμενα v. 20, γινομένας v. 22; in tit. 1413 ineuntis II saeculi: γίνεται v. 2; in n. 1411 eiusdem aetatis: γινομένας v. 14, γίνωνται v. 17. — Etiam apud Phthiotas sola forma γῑν (pro qua II saeculo γειν- nobis occurrit) in usu fuit, e. g. γινόμενον 1461 I 5 medii II saec.; 207 l 3, 207 k 9 et supplet. v. 12 [γινό]ο, (litt. II saec. ΑΠΟ), 102 a 10 (qui tit. Communis linguae formas exhibet). Restitutum est [. . γι]νόμενον in manumissione III fere a. Chr. n. saeculi (litt. ΑΠΟΣ).

2. Postquam ει in ῑ transiit, ι pro ει in titulis nobis occurrere coepit, et, quod saepius factum est, praecipue in monumentis inferioris aetatis, ει in locum ι longi successit. Quod quo tempore in singulis Graeciae partibus factum sit, cum maximi intersit cognoscere, quae apud nostras gentes repperi testimonia afferam.

a) ει pro ῑ genuino est.

Epir. Antiquissimum huius rei exemplum nobis praebet πολειτείαν in tit. 1335,7,[1]) qui regnante Alexandro Neoptolemi filio (aa. 342—326 a. Chr. n.) exaratus est. — In Attic. inscriptionibus III saeculi ει pro ῑ hic et illic inveniri, circa annum centesimum a. Chr. n. frequenter, regnantibus Romae imperatoribus constanter usurpari docuerunt Meisterhans-Schwyzer, Gr. d. Att. Inschr. 48. Magnesiae ει loco ῑ raro in usu fuisse a secundo dimidio II a Chr. n. saeculi ostendit Nachmansson, Magn. Inschr. 35 sqq.; eodem modo apud Pergamenos rem se habere testis est Schweizer, Pergam. Inschr. 74. — Affirmatur illa scriptura alio non multo recentiore exemplo πολειτείαν in inscriptione 1337,5, ut videtur Alexandro Pyrrhi filio regnante (aa. 272—260) exarata (v. Fick, BB. III 268).[2]) — In ceteris Epir. titulis ῑ huius stirpis suo loco servatum est. In titulo Epir. manumissorio 1349, mera dialecto

[1]) Fick falso l. c. πολιτείαν scripsit. v. BB. III 267 ubi idem πολειτείαν posuit, et Baunack, Index.

[2]) Fick BB III 268 et ap. Coll. πολιτείαν scripsit, emendavit Baunack in praefatione indicis.

scripto, is qui servum manumisit *Νείκανδρος* - - - *Ταλαιάν* v. 4 et testis quidam *Βοΐσκος Νεικάνδρου* vs. 11 nominantur; alias in eodem monumento *ει* et *ῑ* suo quodque loco summota non sunt, e. g. *Ἀπειρωτᾶν Ἀνδρονίκου* vs. 2; *Νικομάχου* vs. 9 nec non in compluribus nominibus stirpem *νῑκ* exhibentibus. — Apud Acarnanes *μάγειρος* 1389,17; *μά(γ)ειρος* Mitt. XXVII p. 334 n. 8,21 in usu fuit pro antiquiore *μάγιρος*, quod in Corcyr., Delph., Epidaur. titulis invenitur; cfr. Herwerden, Lexicon; Kretschmer. KZ. XXXI 377 et quae nuper de hac voce disseruit Wackernagel, IF. XXV 326. — In Aetol. titulis, qui omnes fere III et II a. Chr. n. saeculis incisi sunt, ubique, ni fallor, *ι* est in stirpibus *νικ, πολιτ, τιμ* etc.; semel in decreto foederis Aetol. Sullae aetate restituti 1418,3 *τειμ[αθέντα]* invenitur. — Haud aliter atque apud Epirotas et Aetolos *ῑ* ab *ει* suo loco numquam summotum est in eis Aenian. sermonis monumentis, II a. Chr. n. saeculo prioribus, quae dialectum meram servaverunt; sed in inscriptionibus circa et post annum a. Chr. n. 100 lapide insculptis, quae etiam alia Communis sermonis elementa habent, *ει* pro *ῑ* saepius saepiusque nobis occurrit, dum imperatorum Romanorum aetate usitatissima scribendi ratio facta est, similiter atque in aliis Communis sermonis regionibus (Cfr. paulo supra in hoc §). Exempla satis multa sunt, pauca ego elegi: *Σώτειμος* vs. 3 IG. IX 2, 14 e, qui titulus I a. Chr. n. saeculo vix vetustior est (litt. ΑΠΟο); *Τειμᾶ* gen. sg. ibid. n. 15,3 qui antecedente vix vetustior et Communi sermone scriptus est. In inscriptionibus *post* Chr. n. in lapidibus incisis *ει* loco *ῑ* constanter usurpatum est, e. g. *Νεικο[λά]ου* IG. IX 2 n. 16,7 (II post Chr. n. saec.); n. 17,1 bis, *γεινόμενα* n. 17,6; *γειν[ό]μενον* n. 18,2; *Κρατείνου* 19,8; *Τει....* vs. 11 probabiliter initium nominis *Τιμ* stirpem exhibentis est; *Ἀριστονείκου* 21,10 (cfr. BCH. XXVI 374); *Νεικά[νδ]ρου* 25 b 1; *Θεοτείμο[υ]* vs. 2; in titulo n. 26,4 *Κ[ρα]τείνου, Τειμοθέ[ου]* n. 29,7; *Τειμοκράτους* n. 56,6 (I vel II post Chr. n. saeculi). — In Phthiotarum monumentis *ει* pro *ῑ* inde a medio II a. Chr. n. saec. in usu erat, e. g. *γεινόμενον* 1461 I 73 (circa annum a. Chr. n. 150 exarato), sed *γινόμενον* in eodem titulo

vs. 5; *Ἀφροδεισία* 1451 b 24; 1469,2; *[Ἀφρο]δεισίου* IG. IX 2 n. 78 b 1; *[Ἐπα]φροδεί[τος]?* IG. IX 2 n. 138 (II a Chr. saeculi); *Λαρεισ[αίου]* 1449,1; [1]) *Νεικάρχα* IG. IX 2 n. 98,1 (litt. ΑΟ); *Ἀρχείνου* ibid. n. 86,3 (litt. Α). *Τειμαρέτου* ibid. n. 206 III c 2; *Εἰσίδωρος* n. 207 g.

b) $\bar{\iota}$ pro *ει*.

Rarius *ι* loco *ει* et diphthongi et spurii invenitur: Epir. *Ἀπιρώταις* 1342,2; *[Ἀ]πιρω[τᾶν]* 1347,2. Ubique alias in hoc nomine gentis *ει* est. *Βουνίμαις* 1339,4 nomen oppidi Epir., quod *Βούνειμα* a St. Byz. appellatum est. Antecedens vox *Γαμιλίου* = Att. *Γαμηλιών* est, cfr. mom. 3. — Aetol. In titulo n. 1425,6 *προπωλίτω* in lapide incisum est, Fick et Baunack (Index) iure *προπωλ[ε]ίτω* posuerunt, quippe cum idem titulus etiam alia menda lapicidae praebeat. Eiusdem modi errorem sculptoris latere arbitror in tit. *Ἐφ. ἀρχ.* XXIII n. 2,4 *διατίχισμα*, quia sequens versus *διατειχίσματος* exhibet et vs. 9 *Ἀπόλωνος* pro *Ἀπόλλωνος* falso ab eodem lapicida exaratum esse videtur; accedit quod hoc monumentum medio II a. Chr. n. saeculo non recentior est, quo tempore *ει* diphthongus plerumque suum signum servavit. Cfr. Sotiriadis, Adn. l. c. — *ει* et $\bar{\iota}$ promiscue usurpata sunt in epigrammate Acarn. Mitt. XXVII p. 342 n. 22: *λείπω* vs. 1 et *εἷς* vs. 6 *E* littera postea adiecta, *παρακλείνεται* vs. 9, e qua scribendi consuetudine Preuner iure, ut mihi videtur, conclusit hoc epigramma ea aetate scriptum esse, qua *ει* cum $\bar{\iota}$ per omnes Graeciae regiones commisceri soleret, i. e. primo a. Chr. n. saeculo. Cfr. mom. 2. a) huius §. *Τίσων[ος]* 1446,10 Fick scripsit; in lapide ΤΗΟ - - - - ΕΝ est, Kern, IG. IX 2 n. 62. Nomina *Τεισ-* exhibentia non rara sunt, e. g. Epir. 1340,4, Acarn. IG. IX 1 nn. 442,8, 446,8; ad aoristum *ἔτεισα* referuntur. — In carmine a lapicida corrupto IG. IX 2 n. 204 *κῖμεν* (= *κεῖμεν*) et *ἐνκαταλίψας* leguntur; in eodem titulo *ε* pro *αι* diphthongo usurpatum est. *Μνειμῖον* (= *Μνημεῖον*) ibid. n. 136; *ἴς* (= *εἰς*) ibid. n. 80,5.

[1]) In titulis eiusdem saeculi (II) et antecedentis in hoc nomine *ι* est: 1459,5; 1458,2; 1444,5; 1446,5; IG. IX 2 n. 60,5; 89 a 2.

3. De numerali *χίλιοι : χείλιοι* § 45 disseruimus.

4. *ῑ* longum pro *η* ceterarum dialectorum est in nomine septimi mensis anni *Γαμιλίου* Epir. 1339,4 (exeuntis II a. Chr. n. saeculi), qui in Atticorum sermone *Γαμηλιών* appellabatur. V. quae nuper de hac re egit Wackernagel, IF. XXV 326 sqq.

5. De *ῑ : ει* in dativo singularis numeri v. §§ 22, 37.

6. Latinum *ī* et *ι* et *ει* signis reddebant, e. g. *Τίτος* Phthiot. IG. IX 2 n. 89 b 16, 29; *[Ὁσ]τίλιος* ..... *Μαγκίνος* n. 89 a 8 (circa annum a. Chr. n. 150 exarati); — *Πρείμας* Aenian. IG. IX 2 n. 14 e; *Πρεῖμος* ibid. n. 16,5; *Ὑγεῖνος* ibid. n. 55 (inferioris aetatis).

§ 11. *υ*.

Consentiunt viri docti Graecos antiquissimis temporibus signis V, Y ad exprimendum *ū* sonum usos esse. Qui sonus in plurimis Graecae linguae dialectis mutato aut non mutato signo mature in *ü* transiit; in aliis, ut in Aeolide, diu integer remansit usque ad nostram aetatem, cfr. G. Meyer, Gr.³ 146 sqq.; Brugmann, Gr.³ 27, Grundr. I 105. — Quamquam non dubitari potest, quin V, Y in nostrarum gentium titulis, IV a. Chr. n. saeculo non prioribus, omnino *ü* pronuntiaretur, attamen reperiuntur quaedam nomina propria, in quibus eadem *υ* littera alium quendam sonum, antiquo *u* sono similem habuisse crediderim.[1])

1. Primo loco commemorandum est nomen Epir. *Ξένυς* 1351,3, quod, quantum ego comperi, alias in Graeca lingua non invenitur, nisi fortasse ad normam simillimorum nominum *Ἴερυς (-υος)*, *Ἴππυς*, *Φίλυς* etc. factum est. — In nomine gentili Epir. *Γενναίου* 1367,4, quod cum *Γενοαῖοι, ἔθνος Μολοσσίας ἀπὸ Γενόου ἄρχοντος αὐτῶν* St. Byz., comparandum est, *υ : ο* varia signa cuiusdam *u* soni

[1]) De *υ* littera in Communi sermone pronuntiata v. Nachmansson, Magn. Inschr. 26; Thumb, Hellenismus 139 sqq. 150, 193 sqq.; Schweizer, Pergam. Inschr. 75 sqq.

esse putaverim, qui aliquoties littera *ο* (*Δοεσστός : Δυέσται* § 6) nonnumquam *ου* (*'Οξουχάρου* § 8) reddebatur. [1])

2. Cum *υ* in nostro sermone constanter *ü* pronuntiaretur, pro Latina vocali *u* usurpari non potuit, sed haec litteris *ο*, *ου*, *ευ* reddebatur, cf. §§ 6, 8, 20, excepto nomine *Σύλλα* gen. sg. Aetol. 1418,4, quod et in titulis et apud scriptores omnium temporum *υ* habet, ut nobis videtur, ex analogia Graecorum nominum in *-υλλος* exeuntium. Cfr. mom. 3 huius § et Dittenberger, Hermae VI 293. Alia exempla e titulis elegerunt Nachmansson, Magn. Inschr. 27; Schweizer, Pergam. Inschr. 76.

3. *υ : ι*. In quibusdam nominibus Aenianum et Phthiotarum *υ* in locum *ι* successisse videtur: *Σωσύλα* (nom. sg.) Phthiot. 1461 II 47; *Σωσύλος* 1448 a 5, 6; *Σωσύλαν* Aenian. IG. IX 2 n. 14 a 14; *Σωσύλλα Μητροδ[ώ]ρου* Phthiot. IG. IX 2 n. 133,10; *Σωσύ[λ]ο[υ]* Aenian. IG. IX 2 n. 30,6 quae *υ* e frequentissimis nominum formis in *-υλος*, *-υλλος* exeuntibus, quibus Graeci blandientes utebantur, accepisse potuerunt. — Vice versa *ι* pro *υ* scriptum esse videtur in nomine hominis *Μεθίστας Πιθούνειος*, quod in archaico Phthiot. titulo IG. IX 2 n. 199 invenitur atque cum Thessalico *Μεθύστας* ibid. n. 244 (IV a. Chr. n. saeculi), comparari potest. Utrum *'Αμφικτ[ίονες* Aetol. I Magn. 91 d 7 (II a. Chr. n. saec.) *ι* exhibeat genuinum, (ut *-κτιονες* ad *κτίζω* referendum sit) an *υ*, quod in hoc nomine frequentius est, primigenitum sit, equidem diiudicare non audeo. — Cum *υ* in *ι* non ante IX et X *post* Chr. n. saeculos mutatum sit, haec et alia eiusdem generis exempla (Kretschmer, Vasen. 119 sqq. G. Meyer, Gr.³ 153 sqq. Thumb, IF. VIII) aut assimilatis vocalibus vicinis, aut analogia aut alio quodam modo explicanda et explicata sunt.

[1]) Quod *εο* pro *ευ* in inscriptionibus reperiuntur (G. Meyer, Gr.³ 189; Blass, Ausspr.³ 72), non prorsus ad demonstrandum *ο* et *υ* alterum alteri simillimum fuisse valet, quia ad exprimendum *ευ* = *eu* *εο* aptissimum signum esse videbatur, postquam *υ* iam non = *u* sed = *ü* erat. Cfr. quae de clauso *ο* sono § 6 egi, et Schweizer, Pergam. Inschr. 75.

4. De *υ*, quod loco diphthongi *οι* aliquoties in recentibus titulis invenitur, v. § 14.

De Diphthongis.

§ 12. *ᾰι.*

1. Per omnes Graeciae regiones diphthongus *ᾰι*, si ante vocales *ε*, *ι*, *α* stabat, non raro posteriorem partem amisit. (V. G. Meyer, Gr.[3] 119, 227; Kretschmer, Vasen. 127; Brugmann, Grundr. I[2]182, Gr.[3] 37, 48 sqq.; Blass, Ausspr.[3] 51; Meisterhans-Schwyzer, Gr. d. Att. Inschr.[3] 30; Mayser, Gr. d. Gr. Pap. I, 16; Barth, Coor. Dial. 48; Nachmansson, Magn. Inschr. 38; Schweizer, Pergam. Inschr. 78; Smyth, Gr. D. I 191 sqq.; cfr. praeterea de *αἰεί : ἀεί* E. Kieckers, IF. XXVII p. 81, a. 1910). Etiam in nostris titulis posterior pars diphthongi aliquoties evanuit, si voles *ε*, *α* subsequebantur.

a) *αι : α.*

ἀεί Aetol. 1410,5; 1411,13; 1413,3, 23, exeuntis III, ineuntis II a. Chr. n. saec.; *ἀεί* *'Εφ. ἀρχ.* XXIII n. 8 *γ.* vs. 16, III saec. In ethnicis in *-αιεύς* desinentibus *αι* et *α* in vicem reperiuntur vel in eodem titulo. In Aetol. 1415 III a. Chr. n. saeculo in lapide inciso: *Μελιταιέοις* vv. 1, 3, *Μελιταιέων* vs. 15 — *Μελιταεῖς* (nom. pl.) vs. 29, *Μ[ε]°* vs. 13, *Μελιταέων* vs. 27, *Με[λι]ταέων* vs. 16. IG. IX 2 n. 128 (litt. ΑΣ) *[Μελι]ταεύς(?)* latere potest. In titulo Acarn. versibus composito Mitt. XXVII p. 339 n. 21 II a. Chr. n. saeculi *Θυρρείου νᾰετῆρα* legitur, quod cum *ναιετάω* in epigrammate Acarn. ibid. p. 349, v. 6 comparandum est. *αι* non solum ante *ο* sonum atque consonam sed etiam ante *α* remansisse. [1])

[1]) In amphoris Rhodiacis nec non in vasculis Atticis popularem sermonem exhibentibus posterior pars diphthongi etiam ante consonam evanuit, cfr. Björkegren, Dial. Rhod. 38; Kretschmer, Vasen. 126 sqq.

2. *αι* diphthongus variis temporibus in variis Graecae linguae dialectis in ẹ sonum transiit atque litteris *η* vel *ε* reddita est; quod in papyris in Aegypto repertis iam II a. Chr. n. saeculo factum est (Mayser, Gr. d. Gr. Pap. I, 16), in titulis in Graecia effossis vix ante annum 100 *post* Chr. n. invenitur (Meisterhans-Schwyzer, Gr. d. Att. Inschr. 34, Nachmansson, Magn. Inschr. 37, ubi plures, qui antea hac de re disseruerunt, enumerantur). In nostrarum gentium monumentis *ε* loco diphthongi *αι* non *ante* Chr. n. invenitur: IG. IX 2 n. 232,[1]) vv. 20, 49, 50 *κὲ*; *δεμόνον* vs. 17 (= *δαιμόνων*). In carmine Phthiot. n. 204 litteris inferioris aetatis (ΑᾹΑΠοΟ) inciso vs. 7 *ἔ[σ]θομεν* (= *αἴσθομεν*);[2]) *μοιρ[έ]α* vs. 8 (= *μοιραῖα* vel *μοιρ[ι]κά* vs. 8); in eodem titulo *αι* diphthongus ante *ο* sonum servata est: *κ(λ)αίοντ, κλαιόντων.*

Adn. In lapide Hypatae reperto IG. IX 2 n. 6 c 3 *Λαρισσέοις* incisum est; quae forma dativi pluralis haudquaquam ad nominativum singularis *Λαρισσέος* (pro *Λαρισσαῖος*) cum Hillero referendam esse arbitror, sed ad *Λαρισσεύς* qui apud St. Byz. invenitur et affirmatur aliis simillimis nominibus gentilibus, ut *Λάμια : Λαμιεύς*, *Ἐρετρία : Ἐρετριεύς, Εὔβοια : Εὐβοιεύς* etc. Accedit quod dat. pl. nominum in *-ευς* cadentium in *-εοις* exit, v. § 39. Itaque forma *Λαρι[σσέωι]* in eodem lapide, b 1. a viris doctis falso suppleta et ad eundem nominativum sg. *Λαρισσέος* revocata est (v. Index p. 311) neque *ε* in locum *αι* diphthongi in hoc titulo, II ut videtur a. Chr. n. saeculi, succedere potuit. Quare hoc loco *Λαρι[σσαίωι]* scribendum esse crediderim.

3. Latinam diphthongum *ae* nostrae gentes, ut plurimi Graecorum (cfr. Nachmansson, Magn. Inschr. 40; Schweizer, Pergam. Inschr. 79, alii) litteris *αι* reddere solebant, e. g. *Καίσαρα* IG. IX 2 n. 81; *Καίσαρος* n. 93; *Καίσαρι* n. 222; *Καικέλιον* Aenian. 1433,2. Nomen *Ἀινοβάρβου*, quod legitur in tit. Acarn. IG. IX 1 n. 483,3, ineunte I a. Chr. n. saeculo inciso, Dittenberger cum *Ἀινόβαλβος* (IG. I 413,24) comparavit atque ex hac scri-

[1]) „Nomina propria maxime mihi persuadent, ut saeculo quarto medio haec antiquiora non credam.“ (Wilamowitz.)

[2]) Quae activi generis forma pro prima pluralis medii persona (in *-μεθα*) usurpata est; ibid. *κῖμεν* vs. 6 (= *κείμεθα*).

bendi ratione duas initiales vocales iam I a. Chr. n. saeculo in diphthongum coaluisse conclusit. Ἀηνόβαρβος, quae forma in inscriptionibus aetatis imperatorum est, ad antiquitatis affectationem referendam esse idem Dittenberger contendit.

§ 13. *ει* (diphthongus).

Licet *ει* spurium, quod e contractis vocalibus *ε* + *ε* et e producta vocali *ε* evaserat, atque *ει* diphthongus, et ea quae a communi lingua Ieurop. tradita erat, et ea quae Graecae linguae aetate multis variisque modis nata erat, in nostris titulis, IV a. Chr. n. saeculo posterioribus, eundem haberent sonum *ẹ* (qui, postquam II et I a. Chr. n. saeculis in *i* transire coepit, ut optime ex *ει* pro *ῑ* et *ῑ* pro *ει* usurpatis apparet, cfr. § 10, aliquoties litteris *η* vel *ε* exprimebatur) nihilo secius *ει* spurium et *ει* diphthongum suo quodque loco tractavimus, quia primitus alterum alteri haud simile erat neque ullo alio modo, qualis varius usus diphthongorum *αι*, *οι*, *ει* fuerit nobis apparebit. (Cfr. §§ 5, 4 b.)

1. Nihil miri si *ει* diphthongus, quae cum monophthongo *ει* in unum abierat, multo prius quam *αι* et *οι*, ante vocales posteriorem partem amisit atque iam littera *η* iam *ε* expressa est: Aenian. *[...Καλ]λικρατήας* IG. IX 2 n. 14 a 6 et *Καλλίκληα* ibid. vs. 9; *[Ἐ]πιμέληα[α]* ibid. vs. 2; *Σωσίκληα* n. 13,15; in tit. n. 13,20 *Εὔκληα ἀπὸ Ἀγαθοκλέους* legitur. Uterque titulus Communis sermonis insignia exhibet et litterarum speciem (ΑΠΟοΣ) II a. Chr. n. saeculi exeuntis aut vix priorem. In titulo Phthiotico IG. IX 2 n. 110 a 6 litteris ornatis atque variis inscripto gen. sg. fem. generis *Καλλικλή[ας]* esse potest. *ἀνδρῆον* Aetol. 1428 i 5 iuxta usitatam formam *ἀνδρεῖον* 1425,4; 1426,4; *(ἀν)δρ(ε)ῖον* 1427,5; — *[Ἀν]δρέου* Aenian. IG. IX 2 n. 29,8, II *post* Chr. n. saeculi. In titulo Phthiot. 1457 a 3 post a. 193 a. Chr. n. lapide insculpto *ἀσφάλεαν* legitur, quod a lapicida falso pro *ἀσφάλειαν*, quae forma frequen-

tissima in Phthiot. monumentis est, positum esse suspicari possis. *χρυσέαι* (dat. sg.) Aetol. 1413,13; *χάλχεον* Aenian. 1438,7 (tit. metr.) *τῶι ἀδελφεῶι* Phthiot. IG. IX 2 n. 62,12 (= 1440,12 ap. Coll.); *μήνος Λυκέου* 1451 b 18. In nomine incolarum insulae Ceae *ει* (< *ηι*) semper est, e. g. 1410 (foedus inter Aetolos et Ceos a. Chr. n. aa. 236—216 ictum) *Κείοις* vs. 10; *Κείους* vv. 3, 5, *[Κε]ίους* vs. 1; *Κείων* vs. 5; item 1424,2 et restit. ibidem vs. 5. In nomine ipsius insulae 1410,9 partim suppleto *ε* est: *ἐν Κέ[ωι]*. [1])

2. Etiam ante sequentem consonam *ε* pro *ει* diphthongo invenitur: *Διοπέθης* Epir. 1374,1 (cfr. §§ 3, 12,1 adn. 1.), quocum *Διοπείθεος* (gen. sg.) Acarn. 1380 a 5 et suppletum 1380 c 5 et frequentissima nomina, quae *Πειθ-* in priore membro exhibent, comparanda sunt.

Quam inter se habeant rationem stirpes *δεικ-* : *δεκ-*, nondum liquet, G. Meyer, Gr.³ 184; Smyth, Gr. Dial. I 148; Brugmann, Gr.³ 291, Grundriss I² 504. In nostris titulis usitatissima vocis forma *-δεικ-* erat: *ἀποδείξε[ις]* Aetol. 1413,2, *δείξεις* Phthiot. 1441,4 sed forma Iadis propria *ἀπόδεξιμ* in Phthiot. 1440,7 (= IG. IX 2 n. 62,7), III saeculi exeuntis, invenitur; in eodem titulo *ἐ[πιδείξεις]* a viris doctis suppletum est; num recte, equidem dubito. Frequentissima nomina propria, ut *Δέξανδρος* 1350,7, *Δεξάνδρου* 1338,4, 1379,10, *Δεξικράτεο[ς]* 1441,18; *Δέξωνος* 1451 a 4 ad aoristum *δέξασθαι (δέχομαι)* referenda esse videntur. Bechtel-Fick, Gr. Prsnn.² 91.

3. *εἰ* : *αἰ* „si" (de origine et ratione harum particularum v. Brugmann, Grundriss II 768; G. Meyer, Gr.³ 179). In nostris titulis III a. Chr. n. saeculo in usu erat *εἰ* particula, quae Attic.-Ion. sermonis propria erat nec non in recentioribus Doriensium monumentis invenitur, atque

---

[1]) Fick l. c. et BB. VII 247 miro modo *ἐν Κέ[ων]* scripsit nihil de emendatione facta commemorans. Baunack, (Index) *Κέ[ωι]* recte posuit. — Quocum insulae nomine cfr. *ἐν Τέωι*, quod legitur in pacto cum Teis circa a. 200 facto 1411,10; in nomine incolarum eiusdem insulae *-ηι-* servata est. Cfr. § 17.

saepissime cum *κα* et coniunctivo coniungebatur: compluries in tit. Aetol. *Ἐφ. ἀρχ.* XXIII n. 1 circa annum a. Chr. n. 275 inciso; n. 8 *γ*. vs. 15 (ibid.); nn. 1409,3, 4; 1410,5; 1411,12; 1413,20; 1415,16; 1425,5 [1424,7]; — Aenian. 1438,11; — Epir. 1348,5 *εἰὰν δέ τις*... Fick; *Εἰ δέ τις κα* Wescher-Foucart; *Ἐὰν δέ τις τολμήσῃ* Phthiot. IG. IX 2 n. 198,4, qui titulus et forma litterarum et consuetudine dicendi inferiorem aetatem prodit. In n. 106,2 IG. IX 2 *Εἰ*... *τολμήσει* (ind. fut.). — *αἰ*, quae particula in antiquissimo Doriensium, in Lesb. Boeot. sermonibus usurpabatur, nec a dialecto vicinorum Locrorum aliena erat (in lege de colonia Naupactum mittenda, probab. VI a. Chr. n. saec. 13 *αἰ* est; in tit. 1479 septies; *εἰ* semel 1508,7), in nostris titulis, ut in Phocensium, ab Attici et Communis sermonis forma *εἰ* suo loco summotum est; quod idem III et II a. Chr. n. saec. in dialecto Cretensium factum est. E. Kieckers, IF. XXVII 106.

§ 14. *οι*.

In dialectis Attica, Ionica, aliis atque in quibusdam regionibus Communis sermonis diphthongus *οι* posteriorem partem ante *e* sonum amisit. Cuius rei testimonia e titulis collecta attulerunt Meisterhans-Schwyzer, Gr. d. Att. Inschr. 56 sqq.; Schweizer, Pergam. Inschr. 80 sqq. In aliis Graeciae partibus Communis linguae aetate *οι* semper fere integra servatum est, Nachmansson, Magn. Inschr. 45 sqq. Nostri tituli, ut vicinorum Locrorum et Phocensium, constanter *οι* exhibent, aliquoties III et II a. Chr. n. saeculis *ο* ab Attide vel Communi sermone acceperunt. [1])

1. *ο* ante *e* sonum: Acarn. *ἐπόησε* 1385 b 3; *[ἐ]πόησε* 1385 a 1, qui tituli (= IG. IX 1 nn. 524, 523) litteris III,

---

[1]) Cfr. insuper G. Meyer, Gr.[3] 227 sqq.; Smyth, Gr. Dial. I 208; Blass, Ausspr.[3] 52; Barth, Coor. tit. dial. 54; Björkegren, Dial. Rhod. 40; Kretschmer, Vasen. 130.

ut videtur, saeculi (ΑΠΟΣ) incisi sunt; in titulo Acarn. IG. IX 1 n. 516 a 5, medio II a. Chr. n. saeculo in lapide exarato *ἐποήσατο* est, in eodem titulo vs. 11 partim suppletum *[πεπο]ίηται*. Inscriptio Aetol. 1420,7 (= IG. IX 1 n. 418) III saeculi vel recentioris aetatis (litt. ΑΠΟΣC) formam *ἐπόησ[ε]* (Fick: *ἐπόη[σεν]*) praebet; *[ἐπ]όησε* Ἐφ. ἀρχ. XXIII n. 8 *a*, III saec.

οι suo loco resedit: Epir. *ἐποίησαν* 1341,4, *ποιήσαντας* I Magn. 32,19. — Acarn. *πεποίηνται* I Magn. 31,13. — Aetol. *ποιήσασθαι* 1412,8; 1413,28, ineuntis II a. Chr. n. saeculi; *ποιήσετε* I Magn. 91 d 8. — Phthiot. *ἐποιεῖτο* 1447,7 (II a. Chr. n. saec.); *ἐποιήσατο* 1440,4 *ποιημάτων* ibid. vs. 4; *ποιήτρια* (nom. sg.) vs. 3; *ἐποιήσατ[ο . . .]* 1441,4 et suppletum ibid. vs. 3 *ποιητάς*, qui tituli ante annum 193 a. Chr. n. exarati sunt. IG. IX 2 *ποιεῖν* n. 89 b 32 (intra aa. 150 147 incisus est); *ἐποίησε* n. 113,4; n. 115; *[ἐποίει]* n. 114 e ceteris exemplis recte suppletum esse apparet; *ἐποίει* in titulo Lamiae reperto IG. IX 2 n. 1320.

2. In Communi sermone *οι* diphthongus in *υ* transiit. Quod quo tempore in variis Graecae linguae dialectis factum sit, licet nondum constet, tamen (exceptis Boeotica dialecto et papyrorum linguae usu, v. G. Meyer, Gr.[3] 185; Mayser, Gr. d. gr. pap. I 29) vix ante II *post* Chr. n. saeculum accidit. Cfr. Schweizer, Pergam. Inschr. 80 et qui ab eo enumerantur, praeterea Nachmansson, Magn. Inschr. 44 sqq. Björkegren, Dial. Rhod. 40; Meisterhans-Schwyzer, Gr. d. Att. Inschr. 58 sqq. In nostris titulis, quorum perpauci *post* Chr. n. exarati sunt, huius rei testimonia non inveniuntur, nisi IG. IX 2 n. 198,5 *ἀνῦξαι (= ἀνοῖξαι)*, qui titulus, quantum species litterarum et indoles sermonis indicant, post Chr. n. incisus esse videtur. In tabula Dodonae reperta 1584 *κυνόν* pro *κοινόν* est; sed cum nobis incognitum sit, a quibus, quove tempore insculpta sit tabula, quae etiam alia a nostro sermone aliena exhibet (cfr. G. Meyer l. c.), ad usum nostrae dialecti cognoscendum hoc exemplum nihili est.

Ceterum *οι* diphthongus neque in stirpibus neque in suffixis aut terminationibus umquam suo loco summota est.

3. Latin. *oe* Graeci *οι* litteris reddebant: (cfr. Nachmansson, Magn. Inschr. 46; G. Meyer, Gr.[3] 184 et supra § 12 Lat. *ae* = Gr. *αι*) *Κοιλίου* Acarn. IG. IX 1 n. 483,2 (I a. Chr. n. saec.).

§ 15. *υι*.

Quamquam e titulorum exemplis non apparet, quomodo *υι* a Graecis pronuntiatum sit, tamen, auctoribus Schweizero (Pergam. Inschr. 84 sqq.) Nachmanssonio (Magn. Inschr. 48), aliis, *υι diphthongum* fuisse et e scribendi ratione *υι : υ* et e *υει* pro *υι* posito nobis persuasimus. — In nostris titulis *υι* diphthongus et genuina et Graecae linguae aetate nata (Brugmann, Gr.[3] 49) servata est: Aenian. *υἷα* 1438,6, *υἱόν* 1433,3; Phthiot. *υἱῶν* 1461 I 22, 26, 34, *υἱόν* IG. IX 2 n. 227,1. — *Θυίωνος* (nomen propr.) Acarn. 1405,2. *Θυίου* (nomen mensis) Phthiot. 1461 II 57 (medii II a. Chr. n. saec.), *[Θ]υ[ῖ]ου* IG. IX 2 n. 206 I b vs. 8; *Θυῖου* n. 206 II a 15, n. 224,8. Semel *υ* loco *υι* repperimus in eodem nomine mensis *Θύου* Phthiot. 1447,4. — *-υ-* pro *-υι-* in Attica dialecto iam a VI a. Chr. n. saeculo usurpari atque Attidis proprium fuisse docuerunt Meisterhans-Schwyzer, Gr. d. Att. Inschr. 59; *-υι-* in Communi sermone usitatissimam formam fuisse allatis titulorum exemplis ostenderunt Schweizer et Nachmansson l. c.

§ 16. *ᾱι*.

1. Diphthongi *κατ' ἐπικράτειαν* quae dicuntur *ᾱι, ηι, ωι* iam antiquissima Graecae linguae aetate aut priorem sonum corripuerunt aut posteriorem amiserunt, si in media voce erant, in exitu vocabulorum diu integrae remanserunt. Eo vero tempore, quo *κοινή* in locum dialectorum singu-

larum Graeciae regionum propriarum succedere coepit, paulatim *ι* vocalem amiserunt. [1])

In Epir. titulis *-αι* in exeunte voce semper servatum est: *ἀγαθᾶι* 1334,1; 1339,1; 1349,1; 1350,1; 1347,4. *Ἀφροδίται* 1372,1. *γενεᾶι* 1335,8; 1334,15; [1366,2]; *Διώναι* 1371,1; *[Δι]⁰* 1364,2; restit. [1347,1; 1363,3]. *ἐν Δωδ[ώναι]* 1343,3. *ἐν[εἰράναι]* 1341,8. *ἐκλησίαι* 1335,5. *Σιμίαι Ἀπολλωνιάται* 1334,11; *ξενικᾶι* 1360,3; *⁰[κ]ᾶ[ι]* 1351,1. *συμμ[ορίαι]* 1365,2 (Rangabé: *συμμ[αχίαι]*. *τύχαι* semper cum voce *ἀγαθᾶι* coniunctum et insuper *[τ]ύχαι* 1353,1; in titulo 1347,4 *ι* iure adiectum est *ἀγαθαῖ τύχα[ι]*. Dat. articuli *τ[ᾶ]ι* 1335,5; *[τ]ᾶι* 1365,1.

Acarn. *ἐν Ἀκαρνανίαι* 1380 a 12 et bis partim supplet., *Ἀκαρ[νανίαι]* 1380 b 8, *[Ἀκαρνανί]αι* 1380 c 9 (ineuntis II a. Chr. n. saeculi). In eodem titulo et n. 1379 paulo priore dativus *βουλᾶι* quater legitur; ter suppletus est. *Ὑγιείαι* 1400,1. Etiam articulus *-αι* diphthongum exhibet: *τᾶι* 1379,3, 12; 1380 a 5, 6; 1380 b 4 *ι* iure adiectum, 1380 c 4, 5 tota vocula recte restituta esse videtur. — In titulis Acarn. IG. IX 1 editis Dittenberger semper fere *ᾳ, ῃ, ῳ* scripsit, ubi in lapide *AI, HI, ΩI* incisa sunt, nonnumquam *ι* vocalem in lapide omissam addidit et *post α, η, ω* vocales scripsit. Cur in his diphthongis exprimendis sibi non semper constans fuerit, non intellego. Ubicumque in lapide diphthongus integra incisa est, *αι, ηι, ωι* scribenda sunt, si in recentioribus titulis *ι* omissum est, haec vocalis etiam in transscribendis diphthongis aut *sub* scribenda (*ᾳ, ῃ, ῳ*) aut omnino non ponenda est (*α, η, ω*), ut, quo modo variis temporibus variae Graeciae gentes has diphthongos expresserint atque pronuntiaverint, nobis appareat. — Antiquissimus Acarn. titulus Strati repertus n. 442, ineuntis IV a. Chr. n. saeculi, *-αι* in exitu vocum

---

[1]) Quod quo tempore quave ratione factum sit, cfr. praeter alios Solmsen, KZ. XXXIV 51; Schweizer, Pergam. Inschr. 86 adn.; Brugmann, Gr.³ 52, 71, Grundriss I 205; Hoffmann, Gr. Dial. III 437; Nachmansson, Magn. Inschr. 49; Björkegren, Dial. Rhod. 41.

servavit: τᾶι vs. 1; Λυσίαι vs. 2, γενεᾶι vs. 7. In n. 443,10 lapis *ΤΑ ΒΟΥΛΑΙ* exhibet, quod Dittenberger τᾷ βουλᾷ reddidit, τᾷ (vel τᾶ) βουλᾶι reddere oportuit, nam in articuli formis posterior pars diphthongorum primum evanuit (G. Meyer, Gr.[3] 186 sqq.; Blass, Ausspr.[3] 45; J. Schmidt, KZ. XXXVIII p. 1 sqq.). ἐν ὁποία[ι] 445,3 suppletum est, at [ἀυτᾷ] in eodem titulo vv. 7, 11.[1]) N. 485 a 5 (III a. Chr. n. saeculi) in lapidis scriptura *ΤΑΙ ΟΔΩΙ* = τᾶι ὁδῶι nihil mutandum, Dittenberger τῷ ὁδῷ transscripsit. N. 516,9 (II a. Chr. n. saeculi) τᾶ[ι βου]λᾷ haudquaquam recte suppletum mihi videtur, nam vs. 10 articuli forma ΤΑΙ est, (in Lebasii exemplo), quae si recte se habet etiam [..βου]λᾶι scribendum est; aequo iure vs. 11 [τᾶι ἀναστροφᾶι] scriptum velim. N. 518, litteris III a. Chr. n. saeculi ΑΠΟΣ incisus, ἀγαθᾶι τύχαι exhibet.

Aetol. ἀγαθᾶι 1428 i 1;[2]) Ἀθάναι 1413,6 22; ἐν Αἰτωλίαι 1410,2; 1411,10, 11; 1413,19; [ἐν Ἀμφίσσαι] 1412,5; Ἀφροδίται Συρίαι 1428 i 5; ἐλευθερίαι 1425,3 1426,4; 1427,4 1428 i 6; restituta terminatione εὐσεβεί[αι] 1413,12; [ἐκκλησίαι] 1412,8; ἐν τε Μελιτείαι 1415,31; [πεζικᾶι] 1413,13, in quo titulo (ineuntis II a. Chr. n. saeculi) dat. articuli τᾶι est vv. 6 bis, 12, 22 bis; [τύχαι] 1428 i 1; χρυσέαι (dat. sg.) 1413,13. In titulo IG. IX 1 n. 400,3, qui haudquaquam II a. Chr. n. saeculo prior est (litt. ΑΑϹ), *ΑΙ* = ἇι dat. pronom. relat. legitur; ibidem vs. 2 τοῖ Ἡρακλεῖ locat. pro dativo usurpatus esse videtur.

Aenian. In Aenianum titulis, qui ante Chr. n. exarati sunt, diphthongus αι in exitu vocum servata est.[3]) Titulus

---

[1]) Cfr. quae p. 23 adn. de indole sermonis titulorum 443—445 commemoravi.

[2]) Dittenberger IG. IX 1 n. 417 lapidis scripturam -*ΑΙ* litteris -ᾳ reddidit. — II a. Chr. n. saeculo medio aut ad finem vergente incisum esse idem D. contendit; quocum species litterarum ΑΠΠΣ (Σ) congruit.

[3]) In transscribendis titulis Aenianum et Phthiotarum IG. IX 2 Kern αι, ηι, ωι usus est, si in lapide *ΑΙ*, *ΗΙ*, *ΩΙ* erant; ι omissum in lapide sub antecedente littera scripsit.

1432 a, b (= IG. IX 2 n. 7 b, a), [1]) quem Lolling, Mitt. IV 212 priori dimidio II Chr. n. saeculi tribuit, -$\bar{\alpha}\iota$ exhibet: *τᾶι ἀποδίκωι* 1432 b 2 (7 a 2 IG.) et *[τᾶι] πόλει* 7 a 1 ab Hillero suppletum; *ἐν δὲ Ὑπάται* 7 b 3. In inscriptione 1431,10 = IG. IX 2 n. 5 b 10 [2]) *τᾶι Αἰνίδι* legitur. IG. IX 2 n. 6, qui litteris variis, attamen secundo a. Chr. n. saeculo non posterioribus lapide insculptus est (Cfr. BCH. XV 330), diphthongus integra est, e. g. *Δορκίναι* a 3; *Πανσανίαι* c 1; *Ματροπολίται* d 1; *τᾶ[ι] ἐπιδαμίαι* ibid. n. 8,7 (lapis: *ΤΑ///ΕΠΙΔΑΜΙΑΙ)*; BCH. XV, 331, n. 2 Iamot et Deschamps: *τὰν ἐπιδα[μίαν]*; vs. 16 *[....ἐν τᾶι Αἰνίδι]* restitutum est; qui titulus, quantum indoles litterarum nobis indicat, (ΑΓΠοΟΣ) sexto titulo antiquior est. Cfr. BCH. XV 331, n. 2 et XXVI 398 adn. 1. In lapide Hypatae invento n. 58 nomen *Ἑρ[μ]ᾶ[ι]* latere potest. — In inscriptione Aenian. 56, qui in eodem lapide atque nn. 16, 21 incisus est primo, ut videtur, *post* Chr. n. saeculo (ÁΠOC), [3]) dat. sg. *Ἐπαφρᾷ* vs. 3 legitur. — In titulo versibus composito n. 1438 = IG. IX 2 n. 59 Kern *ι* mutum ubique omissum esse dixit, at editionem minusculam in hac re lapidis scripturae vix respondere contendit vs. 4 *ἀλκῇ;* vs. 7 *τᾷδε.* Fick *ἀλκ[ᾶ]ι τᾶιδε* exscripsit. De $\bar{\alpha}$: *η* cfr. § 2. De aetate carminis nihil certi constat, v. Fick, BB. VII 256 et adn. IG. IX 2 n. 59, ap. Coll. post. n. 1438.

Phthiot. Apud Phthiotas posterior pars diphthongi $\bar{\alpha}\iota$, quae in exitu vocum erat, iam III a. Chr. n. saeculo evanescere coepit, ita ut ea aetate *ι* in articuli formis aliquoties omissum sit, in ceteris vocibus, praecipue in

---

[1]) „Latus anticum, quod Lollingio visum est, pro postico habendum esse ex *a* vs. 16 *(τὰ ὑπογραφ[όμενα ὀνόματα]* Hiller demonstravit.“ (Kern.)

[2]) Cfr. de aetate huius tituli Fick, l. c. et BB. VII 253 sqq. Species litterarum ΑΠοΣ nobis ostendit hoc decretum, in quo *κοινὸν τῶν Αἰνιάνων* commemoratur, haudquaquam ante a. 279 a. Chr. n., quo anno inter Aenianes atque Aetolos foedus ictum est, sed post foedus a. 195 fractum incisum esse.

[3]) Ad tempus definiendum cfr. n. 16. BCH. XXVI (1904) p. 373.

dicendi formula *ἀγαθᾶι τύχαι*, diphthongus diutissime integra remanserit: *ἀγαθᾶι* 1439,2; 1440,1; 1445,1; 1456 a 1; 1456 b 12; 1458,1; *'Α[γ]αθ[ᾶ]ι* IG. IX 2 n. 67,1 (= *[ἀγαθ]ᾶ[ι]* apud Coll. 1446,1); *ἀγ[αθᾶι]* 1447,1; in titulo Thaumac. 1457 b 10 (= IG. IX 2 n. 217,10) in lapide *ΑΘΑΤΥΧΑΙ* est, quod Fick et Kern l. c. *[Ἀγ]αθᾶ[ι] τύχαι* suppleverunt, nescio an iure, quamquam in lapide nullus locus *ι* litterae vacat, nam errore lapicida *ι* omisisse putaverim. Ibidem vs. 1 tota formula restituta est. *[Ἀγαθᾶι . .]* 1441,1 et 1444,1. Titulus IG. IX 2 n. 60, qui litteris III (vel IV, Kern) a. Chr. n. saeculi, ΑΠ≶Ο, *στοιχηδόν* in marmore incisus est, vs. 1 *Ἀγαθᾶι τύχαι* exhibet, sed vs. 4 dativum *Σιμμίᾳ*. N. 64 (a. 186/85 exar.) *[Ἀγα]θᾶι τύχαι*. Vox *τύχαι* semper fere cum *ἀγαθᾶι* coniuncta est, v. Baunack, Index et Hiller, Index, IG. IX 2 p. 319. — *ἁμετέραι* 1447,6 (II a Chr. n. saec.); *ἀναστροφᾶι* ibid. vs. 11, *ἀναστροφ[ᾶι]* Kern., IG. IX 2 n. 69,11; vs. 3 Fick falso *ἐν Λαμία* exscripsisse videtur, Kern. l. c. *Λαμίαι* ex lapidis scriptura posuit, quae dativi forma etiam in n. 1446,3 = IG. IX 2 n. 67,3 paulo antiquiore restituenda est *Λαμία[ι]*, ubi Fick falso *Λαμίαι* exscripsit. *Λαμίαι* IG. IX 2 n. 64 (II a. Chr. n. saeculi); ibid. 66 b 1 (eiusdem aetatis). Pro Fickii scriptura *δευτέρᾳ* 1447,4 e lapide *δευτέραι* exscribendum est (cfr. IG. IX 2 n. 69,4), quae forma 1461, I 74 invenitur et 1459,1 supplenda est, ubi *[. . . κυρί'αι ἐκκλησίαι* voces subsequentes sunt. *αὐτᾶι* 1440,7; *[αυτᾶ]ι* vs. 9; In titulo 1473 = IG. IX 2 n. 141 lapis *ΛΟΧΕΑΙ* nobis praebet, quod Fick *λοχεέαι* exscripsit, Kern *Λοχέ[αι θ]εᾶι* supplevit, cui scripturae spatium in lapide vix sufficit neque cognomen deae Dianae *λοχεία*, cum subsequente *θέα* coniungi solet. Nescio an *λοχείαι* e titulo 141 *[Ἀρτ]έμιδι [λο]χείαι* restituendum sit. N. 1439,4 *πεντεκαιδεκάται; φιλοτιμίαι* 1447,12; *[Π]α[νσα]νία[ι . . .]?* 1444,5 = IG. IX 2 n. 65, *ι* iure additum esse arbitror, cfr. vs. 1; *Πυρρίαι* 1456 b. 12, (qui III saeculo ineunte, saltem ante a. 193 a. Chr. n. exaratus est). *Ἡρακ[λ]ειώται ὄντι εὐ<ευ>εργέται* vs. 13. (Cfr. IG. IX 2 n. 216).

In titulis Phtiot. III et II a. Chr. n. saeculorum 1441, 1447, 1459, 1461 I, II articuli forma *τᾶι* frequentissima

est, et restituenda 1461 I 75 (=IG. IX 2 n. 109 a), 1461 II 13, 1461 II 45, [1440,1]. (Cfr. Baunack, Index); *τᾶι πόλει τᾶ[ι]* Kern, IG. IX 2 n. 223,3 (cfr. Corrigenda II p. XII); *τ[ᾶ]ι* vs. 4 ibid.; *Ἑρμᾶι καὶ τᾶι πόλει* ibid. n. 94,5 (litt. ΑΠΟΣ, indoles sermonis posterioris aetatis est: *Φιλοκράτους, Δικαιοπόλεως.*); *τᾶι πόλει τᾶι* n. 132,6 et restit. vs. 7 *[τᾶι]*, vs. 1 *δεκ[άται]*, vs. 2 *[ἐν ἐ]κκλεσία[ι]*, ubi locus ι addito vacat. *τᾶι πόλει* n. 133,6, 9; 207 k 12, in quo titulo vs. 9 *τῆι πόλει* legitur. *τᾶι* n. 214,13 (II vel I a. Chr. n. saec. litt. ΑΠΟΣ); *τᾶι πό[λει]* n. 221,8 (manumissio III fere saeculi, ΑΠΟΣ, Kern.); *Ἀθάναι Σωτείρα[ι]* n. 79, III fere saeculi; *Ἀφροδίται* n. 1339,2. — Iuxta haec numerosa exempla, in quibus -ᾱι diphtongus servata est, -ᾳ (= A) loco -αι hisce titulis nobis occurrit: Tituli 1461 I, II = IG. IX 2 n. 109 a, b, qui inter aa. 178—146 exarati sunt, quater et vicies *τᾶι*, bis *τᾷ* exhibent I, 52; II 52; iam III a. Chr. n. saeculo ineunte ι omissum est: 1453,2, *τᾷ πόλι* (in lapide: *ΤΑ ΠΟΛΙ* cfr. IG. IX 2 n. 208, litt. ΑΓΟΣ). Eiusdem temporis esse videtur dat. sg. *Σιμμίᾳ* IG. IX 2 n. 60,4. In titulis 206 I b, II b *τᾷ* et *τᾶι* alterum iuxta alterum invenitur: I b, 14 *τᾷ πόλει*, vs. 18 *τᾶι πόλει*, vv. 22, 25 *τᾷ* restitutum est, at incerta est emendatio; I b litt. II a. Chr. n. saeculi ΑΠΟΣ incisum esse putaverim; II b vv. 5, 15, 22 *τᾶι*, vs. 18 *τᾷ* praebet; antecedente posterior est. 1458,3 Fick *ὄντι εὐεργέτα[ι] αὐτᾶς* exscripsit, in lapide ⁰ΤΑΑΥΤΑΣ nullo spatio intermisso est, quare Kern (IG. IX 2 n. 215,3) iure *εὐεργέτᾳ* transscripsisse mihi videtur;[1]) secundo saeculo ad finem vergente vel primo a. Chr. n. exaratus est.

2. *ᾱι* in media voce.

ᾱι diphtongus, quae non a communi Ieurop. lingua tradita, sed postea Graecae linguae aetate aut productione aut contractione orta est, iam in *α* transiit, iam servata est. Epir. Cognomen dei *Ναίος*: *Νάος* est; e. g. *Διὶ Ναίωι* 1373,1; *Διὶ Να[ίωι]* 1368,4 et restitutum in titulo admodum mutilato 1364,2. — *Νάοι* 1347,1; 1374,1; 1363,3;

[1]) Quod in hoc titulo vs. 1 *Ἀγαθᾶι τύχαι* est, cfr. tit. 60, 1 et 4.

Διὶ Νάου καὶ Διώναι 1371,1 ubi in *Νάοι* emendandum esse arbitror. In titulo 1375 et *Ναίωι* et *Νάωι* inveniuntur. — *Νάου* 1351,12 et I Magn. 32,35. — Aetol. *Λάδα[ν...]* 1418,1 idem nomen esse videtur atque Corinth. *Λαίδας* tit. 3147 et Ion. *Ληίδης* Ion. Inschr. n. 81. His e testimoniis concluserim posteriorem partem diphtongi *ᾱι* debilem habuisse sonum vel eam prorsus conticuisse.

Falso loco *ι* positum esse mihi videtur in nomine *Ἀγίλαιος Δωδωναῖος* 1351,6, quod idem nomen esse atque *Ἀγέλαος* putaverim.

3. Latinum *ai* litteris *αι* reddebant, e. g. *Γαῖον* Epir. 1339,10; *Γαίωι* vs. 6; *Γαίου* Acarn. IG. IX 1 n. 483, 2, 4 bis. Eisdem litteris Latinum *ae* sonum exprimebant: *Γναῖος*, *Γναίου* Phthiot. IG. IX 2 n. 89 a 12; *Γναίου* Acarn. IG. IX 1 n. 483,3. Cfr. Schweizer, Pergam. Inschr. 79 adn.; Nachmansson, Magn. Inschr. 50.

§ 17. *ηι*.

1. In antecedentibus (§§ 5, 13) demonstravimus et *ει* spurium et *ει* diphtongum in nostris dialectis in unum sonum, *ē* abiisse, qui litteris *ει*, *ε*, *η* reddebatur. Quem eundem *ẹ̄* sonum etiam signo *ηι* a nostris gentibus expressum esse e titulorum testimoniis apparet, nam pro HI, quod in antiquioribus monumentis scriptum est, H et EI exarata sunt in titulis recentioris aetatis, in quibus diphtongi *ᾱι* et *ωι* integrae servatae sunt.[1]). Hac in re attendendum est, utrum diphtongus in exitu nominum an in exitu verborum sit: in illis *ηι* et *η* (= H) in vicem ponebantur, in his *ηι*, *η*, *ει* in usurpabantur.

[1]) Utrum *ηι* statim *ē* factum (ut Brugmann, Gr.³ 53 docuit), an primum in *ĕi* correptum sit (J. Schmidt, KZ. XXXVII, 39) equidem in medio relinquo. Cfr. Kretschmer, Vasen. 140; Mayser, Gr. d. Gr. Pap. 122. — Brugmanni sententiam approbaverunt Nachmansson, Magn. Inschr. 51; Schweizer, Pergam. Inschr. 59 sqq., qui *ηι* in *ẹ̄*, sonis *η* et *ι* qualitate inter se assimilatis, transiisse contendit. V. insuper Meisterhans-Schwyzer, Gr. d. Att. Inschr. 36 sqq.; G. Meyer, Gr.³ 130.

a) ηι : η in terminatione α- stirpium. [1])

Epir. [᾿Αγαθῆι τύ]χηι 1348,1.

Acarn. τῆι πό[λει] IG. IX 1 n. 443,1, 444,2, qui tituli III a. Chr. n. saeculi sunt (cfr. Oberhummer, Akarnanien p. 145, et adn. Dittenb. l. c.) sed Attico sermone scripti.

Aenian. In epistula urbis Thessaliae, Hypatae reperta, IG. IX 2 n. 11, quae anno a. Chr. n. 182/1 scripta est, ηι et η alterum iuxta alterum inveniuntur: τ[ῆ]ι vs. 2, πολείτηι vs. 6 sed τῇ vs. 15, [τῆι...] τέχνῃ vs. 27, in quo titulo III p. coni. ὅπ[ως]... ῇ v. 33—34 legitur, -ωι semper servatum est. Eadem inconstantia in titulo 13 nobis occurrit: ξ[ε]νικῆι vs. 23, [ξε]νικῇ vs. 27; ξενικῇ n. 14 a 7, 18, 19, c 3, e 3, qui titulus I a. Chr. n, saeculo scriptus esse videtur; [ξ]ενικ[ῇ] 15,2 [ξε[νικῇ? vs. 5; ξενικ[ῇ[vs. 11; ξενικῇ n. 16 vv. 8, 11, 13, 15 (II *post* Chr. n. saeculi, BCH. XXVI, 373); τῇ πόλει n.21,3; ξενικῇ ibid. vv. 5, 6, 8, 14 et n. 22,4 (BCH. XXVI 1904, 374); [τρ]ισκαιδεκάτῃ n. 25 a, 3 (litt. ΑΠΟΣ); iure restitutum est [ξενικῇ...] in tit. 27,6, litteris ΑΠΟΣ exarato; ξενικῇ n. 28,4 qui eiusdem fere aetatis et in eodem lapide est, atque n. 27; [῾Ρ]ώμῃ n. 32,2; τῇ n. 45,3. ἀλκῇ n. 59,4. (Cfr. § 16).

Phtiot. In Phtioticis inscriptionibus medii II a. Chr. n. saeculi -ηι (pro -ᾱι) est: [...τ]ῆι συγκλήτωι IG. IX 2 n. 89 a 9; ταυτῆι τῆι χώραι ibid. vs. 33; b 4 [τῆι] συγκλή[τωι...] sed vs. 11 [τ]ῇ... pro quo [τ]ῆι editor restituere oportuit. [2]) N. 111 (litt. ΑΠΟΣ, Romana aetate scriptus) τῆι πόλι vs. 1; [ξενι]κῆι. ΤΗΙ; τῆι πόλει n. 207 d 4 (ΑΠΟΣ), τῆι πόλει 207 k 9, iuxta quam formam ιᾶι πό[λει] vs. 12 legitur;

---

[1]) Quod α genuinum usque ad II a. Chr. n. saeculum suo loco remansit (cfr. § 2), exempla posterioris aetatis sunt.

[2]) In hoc titulo, qui intra annos a. Chr. n. 150—147 exaratus est, III persona coniunctivi in -η cadit a. vv. 26, 30, 32; b. vv. 23, 33; -αι et -ωι in exitu nominum servata sunt.

ἑαυτῆι IG. IX 2 n. 1360. Saepius quam -ῆι est ῇ in titulis Communi sermone scriptis, e. g. τῇ πόλ(ει) IG. IX 2 n. 78 b, qui litteris ornatissimis, inferioris aetatis, insculptus est; γραπτῇ, τῇ πόλει n. 103, 4, 5; sed ἐν τῆι ἀγορᾶ[ι] vs. 8; -ᾱι et -ωι integra sunt, (litt. ΑΠΟΣ); τῇ πόλι n. 198,6, ubi etiam -ᾳ et ῳ inveniuntur; (litt. ΑωC); τῇ πόλει τῇ n. 219,6, 7 et partim suppl. vs. 4, τῇ... ῇ vs. 8, quo in titulo etiam ᾱι et ωι posteriorem partem amiserunt; species litterarum haec est: ΑΠΟΣ. In subsequente inscriptione 220, quae litteris III a. Chr. n. saeculi exeuntis propriis (ΑΠοΟΣ) exarata est ηι > η factum est: τῇ πόλει τῇ vs. 2 et restit. vs. 3; τῇ vs. 4; [τ]ῇ πόλ[ει...] n. 206 III a. τῇ πόλει n. 206 III c 8; ξενικῇ, τῇ ἕκτῃ n. 207 c. vv. 4, 7, 9; τῇ πόλει e, 8; f, 4 et restit. h, 3; in titulo Echini reperto IG. IX 2 n. 92,2 recte suppletum est ἀγωνοθέτ[η], nam τῷ ταμίᾳ ibidem vs. 1 legitur; (litt· ΑΠΟΣ); ξενικῇ n. 228 c 10 (litt. ΑΠΟC inferiorem aetatem indidicant, cfr. BCH. XV 338 n. 10).

b) ηι : η : ει in III p. sg. coniunctivi praesentis et aoristi temporum.

Epir. θ[έληι] 1357,5; [(θ)]έλη ι] 1359,8, ἡβά[σηι...] vs. 7. — Acarn. μεί[ν]ηι I Magn. 31,38. Sed ἕω[ς] κα ζῇ IG. IX 1 n. 447,7 et suppleta eadem forma n. 448,6 (Dittenberger ζῇ exscripsit; tituli II a. Chr. n. saeculi sunt).[1]) — Aetol. καταχωρισθῆι 1411,16 (ineuntis II a. Chr. n. saeculi); εἰ δέ τις κα ἄγηι ibid. vs. 12; εἴ κα μὴ δοθῆ[ι] 1409,3 (III saeculi); ἄγηι Ἐφ. ἀρχ. XXIII n. 8 γ, vs. 15 (III saeculi); εἴ τίς κα ἐμβάλληι ibid. n. 1,25 (circa a. 275 a. Chr. n. exar.); ὅπως... ὑπάρχηι I Magn. 28,32; ὅπως... γράψηι vs. 34: et restit. [ῆι] vs. 3. καθήκηι 1413,22, quo in titulo, intra aa. 179—172 a. Chr. n. inciso, eadem forma quinquies in η exit: ἄγη, ῥυσιάξη, διεγγυάση vs. 20, ὁρίξη vs. 18; eius modi coniunctivus est etiam in tit. 1415 (= IG. IX 2 n.

[1]) In his titulis -ᾱι et ωι in exitu dativi in lapide servata sunt; -ᾳ et -ῳ a Dittenbergero exscripta.

205) exeuntis III a. Chr. n. saeculi (v. quae adnotaverunt Kern et Fick) *ὀφείλῃ* vs. 19, sic Fick ap. Coll., Kern lapidis *ΟΦΕΙΛΗ ὀφείλῃ* reddidit. Iuxta coniunctivos in *-η*, *-ηι* duae formae in *-ει* desinentes inveniuntur: *εἰ δέ τίς κα ἄγει* 1410,5, qui titulus exeunte III vel ineunte II a. Chr. n. saec. in lapide incisus esse videtur (cfr. Fick, BB. VII, 248); *ἐι δὲ (μὴ) θρέψει*, quas formas a Boeckhio iniuria in *°γηι*, *°ψηι* immutatas esse Fick contendit. — Phthiot. *ἕως ἂν ζῆι* 1461 II 62 (II saec.); *ἀναγραφῆι* IG. IX 2 n. 66 a 14 (II saec.). In inscriptione 89 a, b, quae eadem aetate qua antecedentes (medio II a. Chr. n. saec.) in lapide incisa est, III p. coniunctivi in *-η* exit (cfr. sub mom. a) huius §): *ὅπως... ἀποκατασταθῇ* a. vs. 26; *[...ὅπω]ς ᾖ* a. vs. 30; *[ὅπως...] κρίνῃ* a. vs. 32; *ὅπως... ᾖ* b 23; *κε[λ]εύσῃ* b 33. *Ἐὰν δέ τίς... τολμήσῃ* n. 198,4 (litt. AC); *ὅπως ἀναγραφῇ* n. 219,14 (II a. Chr. n. saec.) et n. 220,10 (litteris III a. Chr. n. saeculi exarat.); in titulis 198, 219, 220 *-ηι* diphtongus etiam in nominum exitu posteriorem partem amisit. — Semel *η* in III p. futuri pro *ει* est in tit. Romanae aetatis IG. IX 2 n. 106,2—3 *εἰ δέ τις τολμήσει* (futur.)..., *ἀσεβήσῃ* (futur.), BCH. XV 568 *ἀσεβήσ[ει]*, Kern, adn. „... H = *ει* pronuntiatur; nihil igitur mutandum."

Eadem aetate (III et II a. Chr. n, saeculis), qua non solum *ᾱι* et *ωι* sed etiam ipsa diphtongus *ηι* in dativo sg. plerumque integra remanserunt, *η* exitus III p. coniunctivi erat, ita ut nomina in *-ηι* et verba in *-η* cadentia vel in eisdem monumentis reperiantur. (Cfr. 1413 et IG. IX 2 n. 89 a, b). Quod etiam in papyris factum esse testis est Mayser, Gr. d. Gr. Pap. 122 sqq., 128 sqq. Quod in dativo nominum *ηι* et *η* sed rarissime *ει* est, *η* ope ceterorum casuum servatum esse crediderim. Cfr. Brugmann, Gr.[3] 334, 349; G. Meyer, Gr.[3] 130; Meister, Gr. D. II 112; Schweizer, Pergam. Inschr. 59 sqq.; Buck, Gr. D. 110.

2. Utrum *-ηι-*, quod in media voce consona inter vocales elisa Graecae linguae aetate natum est, diphthon-

gus fuerit an per diaeresin legendum, certe diiudicari non potest. Si *-ηι-* ante sequentem vocalem servatum est, diversis syllabis tribuerim et e. g. *Τήϊοι*, *Τηΐοις*, *Τηΐους* Aetol. 1411 vv. 3, 14, 6, 10 scripserim; *Ἐρυθρήϊος* Aenian. IG. IX 2 n. 6 b 3, 6 c 5, 6 e 4, 6 f 4; *Ἐρυθρηΐων* 7 a 2; *Λαπιθήϊος* IG. IX 2 n. 6 a 7. Cfr. Buck, Gr. D. 31 sqq. alii.

§ 18. *ωι.*

1. Ut diphtongus *-ᾱι* etiam *-ωι* in exitu vocum usque ad II a. Chr. n. saeculum in usu erat. Sed iuxta dativos in *-ωι* cadentes locativi in *-οι* usurpabatur. Huiusmodi locativi Arcad. El., Boeot. dialectorum proprii sunt, etiam in recentioribus titulis Delphicis, Thessalicis, Euboicis inveniuntur; in Locrorum et Phocensium monumentis dat. in *-ωι* frequentissimi sunt, locat. in *-οι* raro nobis occurrunt (1475,3; 1520,3) G. Meyer, Gr.^{3} 452; Sadée, De Boeot. tit. dial. 100; Buck, Gr. D. 82; Hoffmann, Gr. D. III, 441; idem, De mixtis Graecae linguae dialectis, p. 20.

a) Dativus sg. in *-ωι* exit.

Epir. In titulo 1336, qui regnante Neoptolemo Alexandri filio (aa. 313—295) exaratus est, hi dativi leguntur: *[...Κ]λεωμάχωι* vs. 1; *ἐν Ἀπείρωι* vs. 3; n. 1334 (IV a. Chr. n. saeculi) *ἐν Θεπτίνωι* vs. 13; *αὐτῶι* vs. 14. *[Ἀπείρ]ωι* 1341,6, *αὐτῶι* ibid., et suppleta *ω* vocali 1366,2; *ἀγ' Κόσσωι* 1365,6 („oder *Κοσσῶι*", Baunack, Index); *ἐπ' Ἀθερίωι* ibid. vs. 8. Pars tituli 1363, qui ne unum quidem integrum verbum nobis praebet, Fickio hunc in modum restituenda videbatur: *ὧι Ἐ[πικτᾶς ὄν]ομα [Διὶ] Νάοι*; cum vero *ὧι* in tabula aenea non sit, cur F. non *[ὅι]* suppleverit, non video. *[...Ναίωι...]* 1364,2 = *Ναίοι* BB. III 282; *Να[ίωι]* 1368,4. Utra forma restituenda sit, diiudicari non potest, quippe cum, quo tempore hi tituli in aere incisi sint, non cognoverimus et utraque forma apud Epirotas in usu fuerit. *Ναίωι* 1373,1; 1375,1; *[Θεο]δώρω Σ--ωι* 1344,6 nescio an recte idem Fick BB. III

269 *(Θεοδ)ώρωι* exscripserit, quod etiam Baunack (Index) approbavit. In titulo 1339, quem exeunte III a. Chr. n. saeculo incisum esse Fick conclusit (BB. III 269 sqq.), *οι* et *ωι* promiscue usurpata sunt: *Γαίωι Δαζούποι Ρεννίωι' Βρεντεσίνοι* vs. 6—7; *ἐν 'Απείροι* vs. 13.

Acarn. *τῶι 'Απόλλωνι τῶι 'Ακτίωι* 1380 a 1 et restit. c 1;[1]) *τῶι κοινῶι* 1380 a 7; *[...τῶ]ι κοινῶι* c 6; et totum suppletum b 4. In tabula aenea, quae initio IV a. Chr. n. saeculi a Stratiis exarata est, IG. IX 1 n. 442 dativi in *-ωι* desinentes leguntur: vs. 2 *Λυσίαι τῶι Καλλία τῶι; τῶι* vs. 3; *Καλλίπωι τῶι* vs. 4; *αὐτῶ[ι...]* n. 443,8; *[αὐτῶι]* n. 444,8 restituendum esse arbitror, cum etiam *-ῆι* in exitu vocis servatum sit vs. 1 *τῆι; ὧι* n. 447,5 qua e forma *τ[ῶι]* vs. 4 suppleverim; *[ὧι]* n. 448,2; nn. 447, 448 II a. Chr. n. saeculi esse videntur, litt. ΑΠΟΣ. In inscriptione IG. IX 1 n. 485, qui III a. Chr. n. saeculo in lapide incisus est, (litt. ΑΓΟΣ) *[τῶι] δρυμῶι* a 3, *τᾶι ὁδῶι* a 5 (Dittenberger *[τῷ]* vs. 3 supplevit, et *τᾶι* in *τῷ* vs. 5 iniuria mutavit. In titulo 517 (medii II a. Chr. n. saeculi) *-ωι* est: *[...τ]ῶι 'Ακτίωι* vs. 1; *τῶι κοινῶι* vs. 3, sed in n. 516, qui eiusdem aetatis est, locativus *τοῖ κοινοῖ* vs. 9 iuxta dativos *τῶι* vs. 6; *αὐτῶι* vs. 12 legitur; utrum *[τῶι 'Απόλλωνι τῶι 'Ακτίωι]* vs. 1 an ^{0}*-οῖ* scribendum sit, diiudicare non audeo; nequaquam cum Dittenbergero *-ῷ* scriptum velim. Cfr. Epir. tit. 1339. In epigrammatis Acarn. II et I a. Chr. n. saeculorum, Mitt. XXVII p. 339, n. 21 *ἀελίωι* vs. 8; ibid. p. 349, vs. 3 *λυγρῶι*; p. 342, n. 22 *Φιλίσκωι* vs. 1; *δυστάν(ω)ι* vs. 2. I Magn. 31,40 *τῶι ἱερῶι.*

Aetol. *τῶι... ἄλλωι τῶι* 1413,21; *Νικαφόρωι* ibid. vv. 6, 22; *[αὐτῶι]* 1418,4; *[τῶι δάμωι]* 1424,1; *ἐν Θέρμωι* 1412,6; 1415,32; *καιρῶι* 1413,2; *ἐν Κέ[ωι]* 1410,9; *τῶι στραταγ[ῶ]ι [ἢ] προξένωι* 1413,25; *ἐν Τέωι* 1411,10; *τῶι* 1413,28; *τῶι Διονύσωι τῶι (ἐν Ναυπάκτωι)* et partim restitutum in

[1]) Hic titulus medio II a. Chr. n. saeculo exaratus est (Dittenberger, IG. IX 1 adn. ad n. 513—515 et Fick, BB. VII 243 sqq.); quod Dittenberger lapidis litteras *ΩΙ* signo *ῳ* reddidit, cfr. § 16.

1426,4; 1427,3. Cfr. BB. VII 251, ubi idem editor ι in articuli forma iam posuit, iam omisit. ῶι 1425,5; 1427,5 et suppl. 1426,5; ἐν νο[μίμωι] 1412,8. Etiam apud Aetolos locativus iuxta usitatos dativos in eodem titulo invenitur 1413,4 αὐτοῖ; qui tit. intra aa. 179—172 in marmore incisus est. In antiquissimo monumento Aetolorum dialecti, quod nobis servatum est, Ἐφ. ἀρχ. XXIII n. 1, ineuntis III a. Chr. n. saeculi, -ωι in exeunte voce est (etiam -ᾱι et ηι servata sunt) e. g. ἐν δὲ Θέρμωι vs. 12; πολέμωι vv. 25, 27 τῶ[ι...] quod vs. 37 ex τῶι vv. 37, 38 recte suppletum est; φιλῶι vs. 38. τῶι ἀδελφῶι ibid. n. 11,4 (III saeculi) et ad normam harum formarum [τῶι δεῖνι] vs. 3 (non τῷ^0) restituendum esse mihi videtur; Ἀριστομάχωι ibid. n. 12,3; αὐτῶι vs. 6 (eiusdem aetatis atque antecedens); Εὔνωι (?) n. 13,2 (ineuntis II a. Chr. n. saeculi).

Aenian. Σωσιστράτω[ι] Φιλέου Ἀθηναίωι 1429 b, (non multo post a. 322 exaratus est, Fick); in lapide est ^{0}στρατω nullo spatio inter hanc et sequentem vocem relicto, atqui non dubito, quin iure ι additum sit, cum in huius aetatis titulis numquam omissum sit; αὐτῶι 1429 a 2; -ωι ibid. vs. 1 exitus dativi est (III fere saeculi; litt. ΑΠΣ) [αὐ]τῶι, αὐτῶι 1431 b 9, 11 et restit. a 1, titulum II—I saeculo incisum esse apparet e forma litterarum ΑΠοΟΣ et e nomine Μοσχίων Σιττύρα a 6, b 16, quod occurrit in decreto Amphictyonum a. 130 a. Chr. n. facto. BCH. XXIV 1900, 85 v. 17 et adn. Kern, IG. IX 2 n. 5.[1] — τᾶι ἀπο[δ]ίκωι 1432 b 1, (priore dimidio II a. Chr. n. saeculi exaratus); Νικοδά[μωι] ibid. a. 16; [Ὀ]νομάρχωι a 11; in eodem titulo IG. IX 2 n. 7 b 20 (= 1432 a) [... Ἀγλ]ωνίκωι Hiller supplevit. Τιμοθέωι 1435,5 (II saec.). In inscriptione IG. IX 2 n. 6, qui III—II saeculi esse videtur (cfr. BCH. XV 1891 p. 329 sqq.) -ωι servatum est: Ἐπιγνήτωι 6 a 3; Σωστράτωι ... Λαρι[σσέωι] 6 b 1;[2] Φανοδίκωι

[1]) Errorem Eustratidis, qui speciem litterarum saltem III a. Chr. n. saeculi propriam esse contendit, Fick quamquam dubitans emendavit, BB. VII 253 sqq. et adn. post. n. 1431 ap. Coll.

[2]) Λαρι[σσαίωι] scribendum est, v. § 12,2 adn.

6 c 2, *Πε[τρα]ίωι* 6 e 1; *Ξενάγωι* 6 f 1; *Λύκωι* 6 f 2; *Ἀριστολάωι* ibid.; *[αὐ]τῶι* n. 10,6 (II saec.); *Γλαύκωι... τῶι ὑμετέρωι* n. 11 vs. 5—6; *Γλαύκωι... Ὑπαταίωι* vs. 37; *καλῶι* vs. 24; *[αὐτῶι]* vs. 39. (a. 182/181 a. Chr. n. Alexippus Hippolochi filius *στρατηγὸς τῶν Θεσσαλῶν* erat, adn. l. c.)

Phthiot. *καλῶι καὶ ἀγαθῶι* 1447,7; *αὐτῶι* ibid. vv. 8, 10, 12 sed articulus *τῶ* v. 9 (ibid. vs. 4 dat. *δευτέρα* est); hic titulus posteriore dimidio II a. Chr. n. saeculi scriptus esse videtur; cfr. adn. post n. 69 IG. IX 2 et litteras varii generis. In his titulis III a. Chr. n. saeculi dat. *αὐτῶι* semel aut compluries invenitur: 1439; 1441 (fortasse II saeculi, v. IG. IX 2 n. 63); 1456 a; 1457 b; partim restitutum atque restituendum 1456 b 16; 1457 a 5; etiam II saeculo *αὐτῶι* sola forma erat: 1445; 1446; 1447; 1458; (I saec. ? v. n. 215 IG. IX 2) et iure suppletum 1444,8 (= n. 65 IG. IX 2); *Ἀγέστωι* 1456 a 2; *Μακωνίωι... Λαρισαίωι* 1458,2; *Λα[ρι]σσ[αίωι]* 1444,5 Fick et Preuner, omisit Kern, IG. IX 2 n. 65. *Λ[α]ρισαί[ω]ι* Fick, 1446,5 et Kern, IG. IX 2 n. 67,5 scripserunt; in lapidis scriptura *Λ[α]ρισαίοι* nihil mutandum, nam hac aetate (II saeculo) etiam apud Epirotas (n. 1339) et Acarnanes (IG. IX 2 n. 516) et Aetolos (n. 1413) locativus in *-οι* exiens iuxta dativum in *-ωι* vel in eisdem titulis usurpabatur; *τῶι ἀδελφεῶι* IG. IX 2 n. 62,12 (a. 218/17). *δούλωι* IG. IX 2 n. 1358,8 add. post n. 79 (III saec.); *[τ]ῆι συγκλήτωι* n. 89 a. 9 et partim suppl. 89 b 4; *ὧι* 89 a 35 sed *τρίτῳ* 89 b 20; tituli medio II a. Chr. n. saeculo scripti sunt. In inscriptione 103 *τῶι... χρυσ[ῶι στ]εφάνωι* vs. 3—4; *ἐνιαυτῶι* vs. 2 legitur, ibidem *ηι* > *η*, v. § 17, litterae ΑΠΣ II—I saeculum indicare videntur. *Δὶ Μειλιχίωι* n. 145.

b) Locativus in *-οι* exiens.

Praeter eos locativos, qui in eisdem monumentis promiscue cum dativis usurpati sunt (v. mom. 1, a) huius §), pauca alia sunt exempla: Epir. *τοῖ Δὶ* 1369,4 [1]); *Νάοι* 1374,1; *Ν*⁰ 1347,1; 1363,1; ⁰*[(ι)]* 1371,1 (in lapide *Νάου*). —

[1]) BB. III 281 *τῶι* idem editor scripsit.

Acarn. *τοῖ Ἀπόλλωνι τοῖ Ἀκτίοι* 1379,1; *τοῖ κοινοῖ* ibid. vs. 13, titulus paulo post a. 200 a. Chr. n. incisus est. —

Aetol. *ἐν Φιστυοῖ* 1428 i 2 (= IG. IX 1 n. 417,2); *οἶ* ibid. vs. 5, quem titulum Dittenberger iure II a. Chr. n. saeculo medio aut ad finem vergente scriptum esse existimavit. *Λυσικλεῖ... Ἀθηναίοι Ἐφ. ἀρχ.* XXIII n. 8 b 2;[1]) *τοῖ Ἡρακλεῖ* IG. IX 1 n. 400,2 (II saeculi).

Excepta illa forma *Α[α]ρισαίοι* 1446,5 (cfr. sub a)) Aenianum et Phthiotarum tituli huius rei exemplis carent.

c) Dativus in *-ῳ (= Ω)* cadit.

Usque ad II a. Chr. n. saeculum *ωι* diphtongus in exitu vocum *ι* non amisit nisi in inscriptione Acarn. IG. IX 1 n. 524,1 *Ἀσκλαπιῷ* ubi (Fick 1385, et BB VII p. 245) *⁰ιῶι* scripsit et *κλεινῷ* n. 523,5, quod est in versu aliena dialecto scripto; litterae ΑΠΟΣ III a. Chr. n. saeculum indicare videntur. Titulus IG. IX 1 n. 483, qui I a. Chr. n. saeculo exaratus est, *Ω* exhibet: *τῷ δήμῳ τῷ* vv. 8, 9; ibid. in carmine sepulcrali n. 489, II saeculo non recentiore, vs. 5 *Λυσιξένῳ* est. — Aenian. *Ἀ[ν]τάνδρῳ, Κασσίῳ, Λευκίῳ* IG. IX 2 n. 56, quem ex indole sermonis et specie litterarum ΑC inferiore aetate scriptum esse colligas. — Phthiot. *τῷ* 1447,9 (II a. Chr. n. saeculi) *τῷ ταμίᾳ* IG. IX 2 n. 92,1; *[τῷ]* vs. 2 recte suppletum; *τούτῳ τῷ τάφῳ* ibid. n. 106,1, qui litteris Rom. aetatis propriis ΑC incisus est, cfr. BCH. XV, 568. In inscriptione 219, qui, quantum e litteratura ΑΤΟΣ apparet, II saeculo vix vetustior est, formae *καλῷ καγαθῷ* v. 7; *αὐτῷ* v. 10 et suppl. *[Ἀ]δ[ρομίῳ...]* v. 1, leguntur; item in n. 220, illo 219 non

[1]) „*Ἀθηναίοι διὰ τοῦ ΟΙ ἀντὶ τοῦ κατόπιν ΩΙ μαρτυρεῖ ὑπὲρ τῆς παλαιοτέρας ταύτης ἐποχῆς αὐτῆς.*" Sotiriadis l. c. adnotavit, at iniuria, ut exempla a me collecta ostendunt: eo ipso tempore, quo Ionica scriptura nostrae gentes uti incipiebant, (i. e. initio IV a. Chr. n. saeculi), exitus dativi (locat.) *ΩΙ* erat, cui *ΟΙ* II saeculo hic et illic succedebat. — Item Hoffmann (De mixtis Gr. linguae dial. 20) qui cum in Epir., Acarn., Aetol. titulis locativos invenisset, hanc formam in omnibus dialectis Transpindanis usitatam atque earum propriam fuisse contendit.

multo antiquiore (litt. ATTOOΣ) ἀντεχομένῳ vs. 3 in lapide est, qua e forma ἀγαθῷ v. 3, αὐτῷ v. 6 suppleri oportuit, ^{0}ῶι suppletum est; uterque titulus Communi sermone scriptus est.

2. In media voce -ωι- in titulis antiquioris aetatis servatum est, e. g. λώιον Acarn. I Magn. 31,16; Ἀχελώιου Aetol. Ἐφ. ἀρχ. XXIII n. 1 v. 4 (circa a. 275 a. Chr. n. exaratus); Τρωιάς IG. IX 1 n. 407, (Dittenberger Τρῳάς, in lapide ^{0}ΩΙ^0. litt. A≤); πατρωίαν 1415,14 (exeuntis III saec.); Ὁμολωίου Phthiot. 1461 I 53, 56, ^{0}[ωίου] 1461 II 53, IG. IX 2 n. 107,3 (medii II a. Chr. n. saeculi).[1] — Haud aliter atque in exeunte voce etiam in media voce -οι- in locum -ωι- successit ex analogia dat. loc. ωι : οι. Cuius rei unum habeo exemplum Ὁμολοίου IG. IX 2 n. 206 I a 9, II—I, ut videtur, a. Chr. n. saeculi. Eadem aetate pro -ωι- -ῳ- (= Ω) usurpatum est: Ὁμολῴου IG. IX 2 n. 206 III b 9.

Ante sequentem consonam -ωι- semper est, e. g. Ζωίλου 1461 I 45; Ζωίλος Παραμόνου Aenian. IG. IX 2 n. 22, et suppl. ibid. n. 21,1; Phthiot. n. 207 b 2; n. 224,2; Ζωίλα Aenian. IG. IX 2 n. 21,10. In his nominibus ωι = ωϊ est, v. Nachmansson, Magn. Inschr. 56.

3. In vocum initio ωι diphtongus in nostris dialectis non invenitur, sed eius loco οι est, e. g. οἴετο Epir. 1339,13 (III a. Chr. n. saeculi exeuntis). Quid Fick senserit, cum de hac forma adnotavit: „οἴετο für ᾤιετο gehört zu den Beweisen, dass die Nordgriechen den Diphthong ωι nicht kannten“, non intellego, nam ωι diphthongi in exeunte atque media voce usurpatae haud pauca reperiuntur exempla. In titulo Leucadiae effosso CIG. n.

[1]) Utrum -ωι- diphthongus pronuntiatum sit et e. g. Ὁμολῷιος, Ὁμολώιου scribendum sit, an per diaeresin, quae dicitur legendum et Ὁμολώιος, Ὁμολωίου scribendum sit, non semper diiudicari potest. Cfr. Buck, Gr. D. 32; Schweizer, Pergam. Inschr. 88; Hoffmann, Gr. D. II 365 sqq.

1919 = 3182 ap. Coll. *Ἀπολλωνιᾶται ὠικοδόμησαν* legitur. Accedit, quod in hoc ipso titulo Epir. *οι* et *ωι* promiscue usurpata sunt.

§ 19. *αυ*.

1. Diphthongus *αυ* (= *au*), quae in Iade litteris *αο* aliquoties reddita est (Smyth, Gr. D. I 219 sqq; Hoffmann, Gr. D. III 429), in variis Graeciae partibus Communis linguae aetate posteriorem partem amisit (Wackernagel, KZ. XXXIII 4 sqq.; Thumb, IF. VII 12; Schweizer, Pergam. Inschr. 91; Meisterhans-Schwyzer, Gr. d. Att. Inschr.[3] 61; Björkegren, Dial. Rhod. 42; G. Meyer, Gr.[3] 191 sqq.), semper in nostrarum gentium monumentis integra scripta est, sive ab Ieur. lingua tradita est (*ἐπαυξηκώς, ἐνιαυτόν*) sive ex *ᾱυ* facta est (*Ναυσιμάχου*), sive epenthesi, quae dicitur nata est (*Ταῦρις, αὐλητάς*). [1]) — Etiam *ᾱυ* diphthongus, quae inest in pronomine reflexivo *ἑαυτ-, ἁυτ-*, semper servata est. [2])

2. Lat. *au* semper litteris *αυ* redditum est, e. g. *Κλαυδίου* IG. IX 2 n. 206 III c 11 (I post Chr. n. saeculi); *Μάρκῳ Αὐρ.* (Aurelius) et bis *Αὐρ.* in eodem lapide IG. IX 2 n. 222 (III post Chr. n. saeculi); *Αὐ[λο]υ* IG. IX 2 nn. 43,4; 89 a 8, 13. — In Magnesia iam I ante Chr. n. saeculo in huius modi nominibus *ω* scriptum est, quod Latino *ō* ex *au* orto respondet: (Nachmansson, Magn. Inschr. 60; Lindsay-Nohl, Lat. Spr. 45).

§ 20. *ευ*.

1. De *ευ* (= *eu*) diphthongo in nostris titulis usurpata idem valet, quod de *αυ* antecedente § dixi: ubique in-

---

[1]) Cfr. G. Meyer, Gr.[3] 174; Kretschmer, KZ. XXXI 440 sqq.

[2]) *ᾱυ* diphthongum, quae in Graeca lingua e contractis sonis orta est, saepius posteriorem partem amisisse ostendit Wackernagel, affirmavit Schweizer l. c.; cfr. insuper Brugmann, Gr.[3] 54, 244; G. Meyer, Gr.[3] 524; Hoffmann, Gr. D. III 430 sqq.

tegra servata est, et genuina, et prothesi Graecae linguae aetate nata, sive εὐ- diphthongum vocalis sequebatur sive consona. (Cfr. Schweizer, Pergam. Inschr. 83 et qui ab eo afferuntur, praeterea Nachmansson, Magn. Inschr. 60 sqq.; Björkegren, Dial. Rhod. 43; Mayser, Gr. D. Gr. Pap. I 114). In compluribus compositis, quae ab εὐ- incipiunt et in verbis, quae in -ευω cadunt post εὐ diphthongum vocalis est. Ante subsequentem consonam ευ- legitur in nominibus cum εὐ-, εὐθυ-, [1]) εὐρυ- [2]) compositis; in voce δεύ[τερον] Aenian. 1431 b 3; δευτέρᾳ Phthiot. 1447,4 cet.; porro in nonnullis nominibus hominum: Ζεύξιος Phthiot. 1441,15; Πολυεύχης Acarn. Mitt. XXVII p. 336.

2. εο : ευ: Sunt quaedam composita, in quorum priore membro diphthongus ευ in locum vocalium concurrentium εο successit: Epir. Θεύδοτος 1352,11; Θευ[δότωι]; [Θεύδοτ]ον; [Θεύδοτ]ος 1345, 1, 3, 2. Θεο- ter invenitur. — Acarn. Θευδότου 1379,2, qui titulus paulo post a. 200 a. Chr. n. in lapide inscriptus est; Κλευμένης 1397,1, litt. III a. Chr. n. saeculi esse Fickio videbatur BB. VII 246. — Aetol. θευκολήσας IG. IX 1 n. 421,2 (III vel II a. Chr. n. saeculi), ceteris locis apud Aetolos θεο- legitur: 1428 a 2; i 3; 1413,8; 1415,37. — Inscriptiones Aenianum huiusmodi exemplis carent, in Phthiotarum titulis Θεο- usitatissimum est, Θευ- semel invenitur: Θεύρωνος 1451 a 2 (II a. Chr. n. saeculi), semel Κλευ: Κλευφάνου IG. IX 2 n. 1321,7 sed Θεο- ibid. vs. 11. — In dialectis Phoc. et Delph. a medio IV a. Chr. n. saeculo ευ in locum εο successit non solum in nominibus a Θεο- Κλεο- incipientibus, sed etiam in flexione nominum et verborum, Thumb, Handb. 189; quod etiam in nominibus Locr. factum est. (idem Th. p. 195).

---

[1]) Quod Leo Meyer, Handb. d. Gr. Etym. II 195. εὐθυ- et ἰθυ-, quod in Ion. et Ep. dialectis illius loco usurpabatur, ad eandem primariam formam revocavit, Smyth id (Gr. D. I 187) iure reiecit; cfr. Boisacq, Dictionn. Etym.

[2]) Diphthongus huius stirpis prothesi quae appellatur iam antiquissima Graecae linguae aetate orta est; G. Meyer, Gr.[3] 164, 171.

Si *o* vocalis ita clausa facta est, ut *u* fere pronuntiaretur, pro *εο* (= *ẹ̣o*) facile *ευ* (= *eu*) diphthongus scribi potuit, cuius posterior pars *υ* diutissime, atque multo post quam *υ* > *ü* factum est, antiquum *u* sonum servavit. Quare *ευ* loco *εο* iam in antiquissimis Graecae linguae monumentis invenitur, cfr. tit. Phoc. et Delph. et exempla quae G. Meyer, Gr.[3] 190 attulit. — Vice versa, postquam *υ* iam non = *u* sed = *ü* erat, ad *ευ* (=*eu*) diphthongum accuratius exprimendum litteris *εο*, Graeci utebantur, quod praecipue Iones faciebant, aut, quod non aeque frequenter factum est, *eu*- diphthongum *εου* litteris reddebant; cuius scribendi rationis non nisi unum in nostris titulis repperi vestigium IG. IX 2 n. 164,1—2 (litt. A) *Εὐορμίδα*, „super versus 1 EOY seu EO adnotant *Δελτ.*, BCH. *εο*≶ Giannopulus in novissima epistula." Kern; l. c. Quas litteras ad *eu* sonum clarius exprimendum, postquam *υ* omnino *ü* sonum accepit, positas esse putaverim.[1]) Cum hoc *εου* etiam pro sonis *εο* poneretur, certe *eu* (non *ew*) pronuntiatum est, ubi pro diphthongo *ευ* scriptum est; posteriore aetate (in papyris iam medio II a. Chr. n. saeculo) = *ew* (> *ef*) sonuisse ex *ου* pro Latino *v* usurpato concludi potest. Singularis et permirus est gen. sg. *o*- stirpis *Μενεφύλευ* Epir. 1349,8, quem ego cum Fickio (BB. III 275) mendose pro *Μενεφύλου*, quod legitur in tit. Phthiot. 1441,17, a lapicida incisum esse crediderim.

3. Latinum *ū*, quod a Graecis plerumque litteris *o* aut *ου* reddebatur (cfr. §§ 6; 8,4), in nomine *Σύλλα* sola littera *υ* expressum est (cfr. § 11,2), in nominibus Lucii et Luculli usque ad Chr. n. vel posteriore aetate constanter litteris *ευ* scribebatur, e. g. Acarn. *Λεύκιον* 1380 a 10 (II a. Chr. n. ineuntis); *Λευκίου Γελλίου Λευκίου* IG. IX 1 n. 483,5 (ineuntis I a. Chr. n. saeculi); Aetol. *[Λευκί]ου Κορνηλίου Σύλλα* (II a. Chr. n. saeculi); Aenian. *[Λεύκι]ον Λικίνιον Λευκίου [υἱὸν] Λεύκολλον* IG. IX 2 n. 38,2 (I a. Chr. n. saeculi); *Λ[ε]ύκιον* ibid. n. 39,1; *Λευκίῳ Τειμοκράτους*

---

[1]) Exempla aliunde collegerunt G. Meyer. Gr.[3] 188; Schweizer, Pergam, Inschr. 83. (*Ἀχιλλεούς* n. 3122 ap. Coll„ *εοὐσεβής* etc.).

ibid. n. 56,6, quem tit. circa Chr. n. in lapide insculptum esse e dicendi consuetudine et specie litterarum (ΑΤΤΟϹ) concluserim. Etiam II post Chr. n. *ευ* in hoc nomine scribebatur: *Λευκίου* Aenian. IG. IX 2 n. 16,8 (a. 131/2 post Chr. n. exar.). Iuxta quam formam in tit. Aenian. IG. IX 2 n. 17, qui Hadriani temporibus vix antiquior est, recentior nominis forma *Λουκίου* invenitur. Phthiot. *Ἀστίππος Λευκίου* IG. IX 2 n. 66 b (II a. Chr. n. saeculi). Quae Latina nomina falso cum Graecis nominibus *Λεύκιος* (exempla ap. Wilhelm, Jahreshefte des Österr. archäol. Instit. in Wien 1898, III 57 sqq.), *Λευκίς*, quod in tit. Phthiot. 1469,3 invenitur, *Λευκίδας* ... *Λαπιθήιος* IG. IX 2 6 a, similibus comparata atque ad *λευκός* „albus" videntur esse relata. [1])

§ 21. *ου.* (diphthongus).

Diphthongus *ου*, quae ex *ο + υ* orta est aut per „apophonen" ad *ευ* refertur (*σπουδή: σπεύδω; ἀκόλουθος: κέλευθος*) atque antiquissima Graecae linguae aetate = *ou* pronuntiata est, iam V vel IV a. Chr. n. saeculo cum *ου* spurio in unum abiit *ū* sonum. (Cfr. § 8; G. Meyer, Gr.³ 194 sqq.). Hoc loco nonnullas voces, in quibus *ου* primitus diphthongus fuit, afferam: *ἄρουραν* Epir. 1365,5, (Hoffmann, Gr. D. I 184; Meyer, Gr.³ 137); -*βου*-, quod inest in compluribus nominibus propriis; de *ου*, quod est in voce *δοῦλος* nihil certi constat, G. Meyer, Gr.³ 171; Meisterhans- Schwyzer, Gr. d. Att. Inschr. 62; posterior pars nominis feminae *Δικαιοπλούτας* (1461 II 70) ad *πλοῦτος: πλεῦσαι* referenda est; *σπουδά: σπεύδω*.

Rarissime *ου* ante subsequentem vocalem est: *Οὐαδύρας* gen. sg. IG. IX 2 n. 230, quocum nomine cfr. *Οὐα-*

---

[1]) Cfr. Dittenberger, Hermae VI 310 sqq. Eckinger, Ortogr. Lat. Wört. 69 sqq. qui Gr. *Λεύκιος* Latino Leucius respondere docuit. At in exprimendo nomine „Lucilius", licet a nomine „Lucius" derivatum sit, Graeci non *ευ* sed *ου* posuerunt, quia in memoriam non revocavisse *λευκός* vocem videtur.

δέϱα ibid. n. 231, pro his nominibus inauditis Hiller Lat. nomen *Οὐα[λε]ϱ[ί[ας*, *Οὐα[λ]εϱ[ί]α* posuit, fortasse recte, nam alienae certe sunt originis. — Epir. 1349,11 *᾽Οποῦος* et suppl. 1362,5, quod ethnicon aliunde non notum est. (Fick, BB. III 275.).

§ 22. De vocalibus contractis.

A. Vocales similes:

1. $\bar{\breve{α}} + \bar{\breve{α}}$ iam antiquitus in omnibus Graeciae regionibus in $\bar{α}$ coaluerunt (Brugmann, Gr.[3] 61; G. Meyer, Gr.[3] 197): *γᾶ* <**γᾱᾰ*, gen. sg. *γᾶς* et acc. sg. *γᾶν* frequentissime in nostris titulis leguntur; v. Baunack, Index et Hiller, Indices IX 2 pp. 315, 324. Epica forma vocis *γαῖα* in epigrammatis versibus heroicis compositis aliquoties reperitur, e. g. *γαίας* Mitt. XXVII p. 342 n. 22,7; *᾽Ηπείϱου γαῖα* IG. IX 1 n. 489,8 (II a. Chr. n. saeculi). — *μνᾶ* < *μναῖα*, (Hoffmann Gr. D. II 292; G. Meyer. Gr.[3] 198, aliter Meister Gr. D. I 97); quae vox semicae originis semper $\bar{α}$ ex *α + α* ortum praebet: *μνᾶς* Epir. 1356,3 et suppl. *[μνᾶν]* 1354,3; *μνᾶς* Acarn. IG. IX 1 n. 485 a 10 (III a. Chr. n. saeculi), Phthiot. IG. IX 2 n. 66 a 13 *μνᾶς* acc. pl., quae forma etiam Aetol. 1415,25 legitur. Apud vicinas gentes Locros et Phocenses eiusdem modi contractae formae usurpabantur, sed semel aperta forma *μναιαίαις* legitur in tit. Locr. 1479,12. Eandem inter se rationem habent formae nominis Minervae *᾽Αθάνα: ᾽Αθαναία*, quarum nostri tituli illam agnoscunt,[1]) e. g. Acarn. *᾽Αθάνας* 1395,1 = IG. IX 1 n. 464, litt. Α◇Ο, ap. Coll. litt. Α; *᾽Αθάναι* Aetol. 1413,6, 22; *᾽Αθάνας* vs. 10; *[᾽Αθα]°* vs. 18; *᾽Αθάναι* Phthiot. IG. IX 2 n. 79. — *η* loco $\bar{α}$, quod e contractis vocalibus *α + α* evaserat est in voce *ἀνήλωμα* (<**αναϜαλωμα*) IG. IX 2 n. 103, 10. *[ἀνάλωμα]* 1413, 33. In quibusdam nominibus hominum compositis vocales $\bar{α}$ et $\breve{α}$ concurrentes non contractae sunt; quod praecipue in eis nominibus factum est, quorum prius membrum $\bar{α}$ ex

---

[1]) Cfr. tamen Björkegren, Dial. Rhod. 46.

$\bar{α}$ + *ο* natum habet, ut *[Λα]-άνασσα* Acarn. 1403,1, quod a Fickio restitutum BB. VII 246, a Dittenb. IG. IX 1 n. 458 receptum est; titulus litt. II aut I a. Chr. n. saeculi ΑΟΣ exaratus est. *Λαάλκωι... Φενικῶι* Ἐφ. ἀρχ. XXIII n. 3,2 (incertae aetatis), quod nomen est cuiusdam Arcadici proxenia ab Aetolis donati. Addo nomen incertae originis *Λάγορος* Epir. 1359,9, cuius prior pars fortasse *Λαο-* > *Λα-* est et posterior ad *ἀγορά* referenda est. *Χάας* Aenian. 1432 b 3 (primi dimidii II a. Chr. n. saeculi). *Χάα* nomen oppidi in Triphylia siti erat. (Pape-Benseler, Wörterb.)

Per crasin quae vocatur *ᾰ* + *ᾰ* in $\bar{α}$ contracta sunt *τἄλλα*, quod in tit. Aenian. 1429,3 (IV a. Chr. n. saeculi) legitur; alias hae vocales non coaluerunt e. g. *τὰ ἄλλα* Acarn. 1380 a 15; 1379,22 et ex his iure restit. 1380 b 10; c 12; *τὰ ἄλλα* IG. IX 1 n. 517,6 et suppl. n. 516,14, qui tit. medio II a. Chr. n. saec. in lapide insculpti sunt; Aetol. 1413,28 (II a. Chr. n. saeculi); Epir. I Magn. n. 32, 46 (III a. Chr. n. saeculi); Phthiot. IG. IX 2 n. 219,14, qui tit. Communi dialecto scriptus est. Quantum ex his exemplis videri potest vocales *α* et *α* recentiore saltem tempore in crasi non coaluerunt. Antiquiore vero aetate utrum in vocalibus crasi contrahendis nostrae gentes eadem ratione usi sint qua Locri, quos „amantissimos craseos“ fuisse Allen, Curt. Stud. III 236 contendit, necne, paucis titulorum testimoniis nisus ecquidem diiudicare non queo.

2. *ε* + *ε* *(ει)* in unum coaluerunt exceptis tribus vocabulis: *Λοχεέαι* 1473 = n. 141 IG. IX 2 errore lapicidae pro *Λοχείαι* incisum esse putaverim (Cfr. § 16 p. 65); [1]) *φιλέεσκεν,* quod legitur in epigrammate Acarn. Mitt. XXVII p. 339 n. 21,5, epicorum affectationi tribuendum est; *ΕΔΩΚΕΕΝ* Phthiot. 1461,74 iure in *ἔδωκεν* mutatum est. E contractis vocalibus exstitit *ει*, ut in sermone Locrorum [2]) et

[1]) Fick l. c. adnotavit *λοχεέαι* = *λοχείαι* cum *πατρουέαν* = *πατρωίαν* (tit. Pharsal. n. 326,4) comparandum esse.

[2]) Apud Locros *ε* + *ει* et *ε* + *η* non coaluisse docuit Allen, Curt. Stud. III 237; in lege Hypocnemidiorum 1478, (quae prioris saeculi V partis est) *λιποτελέῃ; ἀνχορέῃι* iuxta *κρατεῖν* (°*τεεν*) leguntur.

Phocensium et omnino in mitiore Doride nec non in Attica et Communi dialectis. Ad rem illustrandam haec exempla satis erunt: a) in verborum formis in -εε- aut -εει-: δεῖν Epir. 1339,8; Phthiot. 1447,10; ποιεῖν IG. IX 2 n. 89 b 32. Etiam in verbis in -ω cadentibus exitus infinitivorum -ειν ad -εεν <*-εσεν aut -ει̯εν aut -*εϜεν revocandus est, (cfr. Brugmann, Gr.^{3} 361; G. Meyer, Gr.^{3} 669 adn.) e. g. ἄγειν Aetol. 1411,10; 1410,2; 1424,6 (restit.); ἔχειν 1415,14; [μετέχ]ειν 1424,6; ὑπάρχειν 1411,8 etc.; in III persona sg. Epir. διατελεῖ 1339,8; Aenian. 1431 b 6; Aetol. ῥεῖ 1415,7; — ἐποιεῖτο Phthiot. 1447,7; προπωλῖτο Aetol. 1425,6, quod, nisi in ^{0}[ε]ιτο immutandum est, ῑ loco ει spurio exhibet; in futuro: ἀνανεμεῖται; τραπεῖσθαι Epir. 1359,7; in augmento εἴσατο Aenian. 1438,7. — b) nom. pl. nominum in -ευς cadentium in -εις exit, quod ad -εες <*ηϜες, *ηες revocatur; ex -ηες in Attide etiam -ῆς factum est (Cfr. G. Meyer, Gr.^{3} 200, 458 et infra § 39). — c) nominativus pl. ι-stirpium, ut πόλεις, quod etiam in Attide et recentiore Doride invenitur, ad *πολεες<*πολει̯ες refertur; τρεῖς (IG. IX 2 n. 66 a 11, II a. Chr. n. saeculi), cui Boeot. τρῖς, Cret. τρέες respondent, ad primariam formam τρει̯ες = Ind. tráyas revocatur, cfr. G. Meyer, Gr.^{3} 457; Brugmann Grundr. I 1 p. 270. d) κλεινο-, quod inest in compluribus nominibus hominum, ad *κλεϜεσνο refertur, unde ex legibus nostrarum dialectorum σ eliso primum *κλεϜεινο- (i. e. *kleve̜no*), deinde κλεῖνο- factum est; κλεινῶν Aenian. 1438,5. [1] — e) in nominibus, quae κλειτο-<*κλεϜετο- exhibent, e. g. Acarn. Ἡρακλείτου 1380 a 4; 1380 c 3: IG. IX 1 n. 529; Phthiot. 1459,4; Κλεῖτον Aetol. 1411,3; Κλείτου Phthiot. IG. IX 2 n. 224,8; Κλειτάρχου ibid. n. 206 I b 2, 6, 18 et partim re-

---

[1]) Hoc exemplo optime demonstratur ε sibilante ante subsequentem consonam elisa in ει productum esse, namque si more severioris Doridis η factum esset, vocales concurrentes ε + η non in ει sed in η coaluissent, cuius rei numerosa nomina civium Epir., Acarn. cet. in -κλης < κλεϜης cadentia nobis testimonio sunt. — In antiqua Iade hoc ει spurium, quod *e* contractis ε et ει spurio productione orto evaserat signo E expressus est, ΚλΕνογένης IGA. 396 (Cea); cfr. Smyth Gr. D. I 206.

stit. ibid. n. 207 k 12; *Κλειταγόρα* ibid. n. 228 c 5; *Κλειτώ* Phthiot. n. 1443,3, 5. — *[Κ]λειοĩ* voc. sg. Acarn, 1392,1 ad **ΚλεϜεοι* revocari potest.[1]) In uno nomine ε et ε in η contracta sunt: *Πολύκλητος ΑΟ...Ν...ΤΟΥ ἔγγυος τᾶς προξενίας* Aenian. IG. IX 2 n. 6 a 5.

3. ε + η in η coaluerunt: *Νικοκλῆς* (<*-*κλεϜης*) Aenian. 1432 a 6, *Σωσικλῆ[ς]* Aetol. I Magn. 91 c 4; *Πολυκλῆς* Phthiot. IG. IX 2 n. 91 b 48, multa alia;[2]) *ἠέ* „vel“, quod in „carmine semibarbaro a lapicida etiam magis corrupto“ legitur IG. IX 2 n. 204,6 imitationi epicorum attribuendum est.

4. ι + ι in dativo sg. ι- stirpium — antequam antiquae formae formis Atticae et Communis sermonum propriis in ει cadentibus summotae sunt — constanter in ῑ confluxerunt, ut in Locride (Allen, Curt. Stud. III 239) atque omnino apud Dorienses Aeolesque factum est. — Dativus nominis Iovis dei *Διί* quinquies in titulis Epir. exstat, ter restitutus est, *Δί* in tit. 1375,1 et 1369,4. *Δί Μειλιχίωι* Phthiot. IG. IX 2 n. 145 sed — si Hiller recte supplevit — *[Δ]ιὶ* ibid. n. 1365. Dat. *Διί* (<**ΔιϜι*) fortasse ope gen. *Διός*, acc. *Δία* vocales -*ιι* servavit.

5. ο + ο (ου) plerumque in ου contracta sunt: a) in genetivo sg. ο-stirpium; b) in genetivo sg. nominum feminarum, quae in -ω exeunt, ut *Ἀριστοῦς, Λυσοῦς, Ξενοῦς*; c) in -*νους* (<**νοϜος*): *Εὐρύνους* Epir. 1349,7, -*χους* (<**χοϜος*): *ἀρχοινοχοῦς* Acarn. 1389,19 sed *οἰνοχόος* Acarn. Mitt. XXVII p. 334 n. 8,23; d) in verbis contractis: *ἀξίουν* Aetol. 1411,9; *μισθούντω* 1415,15; *ἀνενεούντω* 1411,4; *ἀ[ν]ανεουμέ[ν]ων* Acarn I Magn. 31,12; e) in composito nomine hominis *Πολυούχου* Aetol. 1420,7. Plura huius rei exempla v. Bechtel-Fick, Gr. Prsnn[2] 123; Smyth, Gr. D. I 239. -*ουχος* in locum -*οχος* e nominibus, ut *σκηπτοῦχος* (<**σκηπτοοχος*) cet. sim. fortasse irrepsit.

---

[1]) De ε pro ει in hoc nomine usurpato v. § 5, 4 b.

[2]) Iuxta haec nomina in -*ῆς* exeuntia, nonnulla in -*έᾱς* cadentia in tit. nostrarum gentium reperiuntur, v. § 2,1 b.

Quamquam in antiquissimis nostrarum gentium monumentis exstant voces, quae antiquiorem sermonis in dolem nobis indicant: gen. sg. *Σιτύλ*[o] Acarn. IG. IX 1 n. 442,10 (ineuntis IV a. Chr. n. saeculi); *Μενέτō* ibid. n. 455,1, quem tit. Dittenberger propter hanc scribendi consuetudinem IV a. Chr. n. saeculo tribuit; *Διονυσίō* Phthiot. IG. IX 2 n. 95 (archaic.). Eiusdem modi genetivi *o* stirpium leguntur in lege Locr. Hypocn. (1478), V a. Chr. n. saeculi, sed *ει* et *ου* spuria tamen plerumque *EI* et *OY* litteris reddita sunt. Cfr. Thumb., Handb. 181, 197: Allen, Curt. Stud. III 238, 239 adn. 30. Cfr. § 36.

Adn. Singularis est gen. sg. *Θηρῶς*, qui in tit. Aenian. IG. IX 2 n. 16,11, II *post* Chr. n. saeculi, invenitur. Haec forma haudquaquam ex antiquissimis temporibus resedit, sed *ω* et *ου* promiscue sunt usurpata in hoc titulo, qui etiam alia inferioris aetatis vestigia praebet: *ει* : *ī*, *α* : *η* etc.

In gen. sg. nominum in *-νους* cadentium *ο* + *ου* < *oFo* separata remanserunt, e. g. *Ἀντινόου* (<°*νoFoo*) Epir. 1339,2 et suppl. 1338,2 et Aenian. 1429 a 4; *Ἀριστονόου* Aenian. 1432 a 2. — In tit. Aetol. 1424,1 tamen est *Τιμονοῦ*, sed in hoc titulo verba, a quibus incipit inscriptio, legibus Aetol. sermonis repugnant. *Ἀλκίνου Θυρρείου* *Ἐφ. ἀρχ.* XXIII n. 1,21 (c. a. 275 a. Chr. n. exar.) sed *βοαθοούντω* ibid. vs. 30.

B. Vocales dissimiles:

1. *ᾰ* + *ε* integra manserunt: in compagibus compositorum, e. g. *εἰκοσιπεντα-ετης* epigr. sep. Mitt. XXVII 349,5; *ἑπταετῆ* IG. IX 1 n. 440; in verbo *ἀέξων*, quod epicum est pro *αὔξω*, *αὐξάνω* IG. IX 1 n. 523,2. Quae sit vis vocis *ΔΑΕΣΤΗΙ* Aetol. 1428 e 4, plane nescio. Exempla non sunt quibus demonstretur, coaluerintne vocales *α* et *ε* in *η* an in *ᾱ* in verbis in *-αω* exeuntibus. [1])

2. *ᾱ* + *ε* non confluxerunt digammate inter vocales eliso in voce *ἀελίωι* Epigr. Acarn. Mitt. XXVII p. 339 n. 21,8, quae epici sermonis forma est.

---

[1]) Verbum *χρῆσθαι* non ad *χράεσθαι* sed ad *χήεσθαι* revocavi, cfr. § 4, 1.

3. Concurrentium vocalium $\alpha + \eta$, quae in Attide in $\bar{\alpha}$, in Doricis dialectis in η coaluerunt, in nostris titulis exempla non reperiuntur. In nomine servi cuiusdam peregrini, ni fallor, Phthiot. *Μάης*, 1461 I 74 vocales non confluxerunt. — $\alpha + \epsilon\iota$ (ẹ) spurium, aut integra remanserunt, aut in $\bar{\alpha}$, ut ubique alias, coniuncta sunt, e. g. *Φάει[ν]ος* (<**ΦαϜεσνος*) Phthiot. IG. IX 2 n. 173 sed: *Φανᾶ* 1456 a 10; *Φανοδίκωι* Aenian. IG. IX 2 n. 6 c 2; v. Smyth, Gr. D. I 273.

4. In contrahendis vocalibus $\breve{\alpha} + o$ nostrae gentes morem plurimorum Graecorum (vicinorum Locrorum, Phocensium) secutae ω usurpabant: in numerosis nominibus propriis *Σω-* exhibentibus (cfr. Cypr. *ΣαϜοκλεϜης*; Boeot. *Σάων*, *Σαυκράτεις* cet.). Semel hoc ω ab *ου*, quod Thessalici sermonis proprium erat, summotum est in nomine hominis a *Σουσι-* incipiente Phthiot. IG. IX 2 n. 171, quantum e litteris iudicari potest, III aut II a. Chr. n. saeculi (ΑοΣ); utrum Thessalici civis fuerit nomen, an ab ipsis Phthiotis, vicinis Thess. hoc tempore $\omega = \bar{u}$ fere pronuntiatum sit, ecquidem in medio relinquo.

Adn. Quod in nostris dialectis verba contracta ut *τιμάω*, *νικάω* in *-εω* exierunt vocales $\alpha + \epsilon$, $\alpha + \eta$, $\alpha + o$ in verborum formis non concurrebant. — Tamen hoc loco affero verbum *τιμᾶντι* in tit. Dodonae reperto 1587, quo exemplo affirmatur contractionem $\alpha + o > \bar{\alpha}$ apud Graecos in usu fuisse. Neque Brugmann Gr.[3] 62 neque Buck Gr. D. 34 huius rei exempla attulerunt — immo hic l. c. $\alpha + o$ vel ω semper in ω coaluisse docuit: cfr. tamen G. Meyer, Gr.[3] 205; Allen, Curt. Stud. III 237.

5. $\bar{\alpha} + o$, si intacta non remanserunt, in $\bar{\alpha}$, ut in Doricis sermonibus contracta sunt: a) in genet. sg. nominum masc. generis in *-ας* exeuntium, e. g. *γραμματιστᾶ* Epir. 1334,6; *Ματροπολίτα* Acarn. 1379,9, 20; 1380 a 6, c 6 etc., cfr. § 35. In epigrammate Acarn. Mitt. XXVII p. 342 n. 22,2 epica forma *Ἀΐδαο* legitur, vs. 11 eiusdem epigrammatis contracta forma *Ἀΐδα* est. — b) In nominibus cum *λαο-* compositis vocales in $\bar{\alpha}$ coaluerunt, si *λαο-* in priore parte compositi erat, non coaluerent, si in posteriore:

Epir. Λάγορος 1359,9, quod nomen, quamquam quibus e partibus compositum sit, non constat (Λᾱ-αγορος an Λα-γορος), certe Λᾱ- ex Λᾱο- contractum exhibet.[1] Acarn. [Λα]άνασσα 1403,1; Λασθένεος 1385,1; [Λ][(α)]φάνης 1385 b 1; Λαχάρη 1379,17 (Lacedaemonius civis); Λασθένεος; Λαφάνεος in tit. metr. Acarn. IG. IX 1 n. 523,3, 5. Aetol. Λαμέδωνος Ἐφ. ἀρχ. XXIII n. 1,16; Λαδίκου ibid. n. 11,2. Aenian. Λανίκας IG. IX 2 n. 18,3; Λαδίκας ibid. n. 19,9. — Sed: Νικολάου Epir. 1339,6; Στρατόλαος Aetol. 1428 i 9; Πειθόλαος Aenian. 1435,11; Ἀ (ρχ)]ελάου Phthiot. 1448 a 4, multa alia. Huiusmodi nomina composita nostrae gentes eadem ratione contraxerunt, ut Arcades, Thessali, Boeoti, Phocenses, Delphi (v. Hoffmann, Gr. D. I 138, 134; II 295; Sadée, Boeot. tit. dial. 34 sqq.); tamen quaedam formae singulares exstant, quae Dorici sermonis propriam dicendi consuetudinem etiam apud nostras gentes antea viguisse indicant: Τιμέλαν acc. sg. Acarn. Mitt. XXVII p. 342 n. 22,11, quocum nomine Preuner (ibid. p. 344) Ἀρχέλας CIG. Sept. III 500, Φαινέλας (? p. 348) comparavit. Apud Aetolos genet. sg, Τιμόλα 1428 d 1 est. In manumissione Phthiot. inferioris aetatis IG. IX 2 n. 228 c 2 lapidis ΚΡΑΤΟ||ΑΘΥϹ|ΚΟΛ-ΕΑΙ minusculis Κρατό[λ]α, Θυσκολέαι? redditum est, ego Κρατολάου Σκολέαι (ethn. ?) suppleverim, quippe cum in eodem titulo vs. 9 Χ[α]ριλάου sit. — c) θεαρο-, θεωρο-. Utrum ad primariam formam *θεᾱϝωρο- an *θεᾱϝορο- revocandum sit non liquet; θεᾱρο- Dorici et Lesbici etc., θεωρο- Attico-Ionici sermonum proprium fuit. In nostris titulis in locum antiquae formae θεᾱρο- iam a III a. Chr. n. saeculo Att. Ion. Communis sermonum forma successit. G. Meyer, Gr.[3] 87; Smyth, Gr. D. I 244; Kretschmer, KZ. XXXI 289; Buck, Gr. D. 35. Exempla: θεαροῖς Aetol. 1425,1; 1427,1; [(θ)]εαροῦ 1428,1; qui tituli eo tempore incisi sunt, quo Naupactus sub potestate Aetolorum erat

---

[1]) Λαμίσκος Epir. 1353,5; Acarn. 1389,11; I Magn. 31,2—3; Phthiot. 1459,4; de stirpe Λαμι- nihil certi constat. Cfr. Bechtel-Fick, Gr. Prsnn.[2] 183.

(aa· 338—189 a. Chr. n.). In Aetol. tit. 1413, aa. 179—172 a. Chr. n. in lapide inciso recentior forma *ϑεωρ-* compluries est vv. 8, 23, 24, 26 et partim vel tota restit. vv. 22, 27, 29. In foedere inter Naupactos et Ceos icto (1424,1) verba, quibus indicatur, quo tempore foedus factum sit *'Επὶ ϑεωροῦ Σωκράτους τοῦ Τιμονοῦ*, legibus nostrae dialecti repugnant. [1]) Nescio quomodo factum sit, ut in titulis Aetol., Acarn., Epir. Magnesiae repertis *ϑεᾱρ-* in compositis vocibus, *ϑεωρ-* in voce *ϑεωρός* (quae fortasse iam non composita Graecis videbatur) legatur: *ϑεαροδόκους* Aetol. 28,5 (probabiliter III saeculi exeuntis); *ϑεαροδόκους* Acarn. 31,31; *ϑεαροδόκους*. Epir. 32,26 (III saeculi medii vel exeuntis); sed: *ϑεωρούς* 31, 30, 33; 32, 27, 30.

6. *ᾰ + ω* in *ω* coaluerunt: *Ξενοφῶν[τος]* Phthiot. 1451, c 13 *(φων <*φαFων)* v. Bechtel- Fick, Gr. Prsnn.[2] 284 sqq.; *-αω* aperta remanserunt: *ναιετάω*, quod est in epigrammate Acarn. Mitt. XXVII p. 349 vs. 6.

7. *ᾱ + ω* in *ᾱ* contracta sunt, ut in dialecto Locrorum et Phocensium, in genet. pl. *α*-stirpium: Epir. *'Απειρωτᾶν* quinquies, et bis restit.; *[μνᾶν]* 1354,3. Acarn. I Magn. *πρεσβευτᾶν* n. 31,7; *τᾶν 'Ακαρνανίδων* vs. 24; *τᾶν ϑυσιᾶν συντελουμενᾶν* vs. 24 (III a. Chr. n. saec.) Aetol. *῾Ηρακλειωτᾶν* 1414,10; *[(μν)]ᾶν* (in lapide NEAN) 1425,5; *πολιτᾶν* 1409,6; 1413,24; *τᾶν προξενιᾶ[ν]* 1413,31, *τᾶν πολίων* vs. 25. I Magn. *εὐεργετᾶν* n. 28,3; *ἀγωνοϑετᾶν* n. 91 d; *ἁμερᾶν 'Εφ. ἀρχ.* XXIII n. 1,34. *Οἰνιαδᾶν* ... *τῶν Ματροπολιτᾶν* ibid. n. 2,7. Aenian. *τᾶν* 1432, b 6; Phthiot. *τῶν πολιτᾶν* 1447,8; IG. IX 2 n. 66 a 11 et suppl. vs. 3 sed forma Communis sermonis propria *πολιτῶν* ibid. n. 219,5, qui tit. etiam alia Communis dialecti exhibet insignia, ut *η* pro *ᾱ*, gen. *πολέως* etc. — Nomen dei Neptuni Atticam habet formam: *Ποσειδῶν[ι]* Phthiot. 1463,1 = n. 146 IG. IX 2 (II a. Chr. n. saeculo non recentior), cfr. Buck, Gr. D. 35 sqq. *ᾱ + ω > ᾱ: Ποτειδανιέοις 'Εφ. ἀρχ.* XXIII 1,17.

---

[1]) Hoc exemplum ex Aetol. sermone attulit G. Meyer, l. c.

8. ε + ᾰ non contracta sunt a) in acc. sg. σ-stirpium *ἀτελέα* Aetol. 1409,3 (probab. III a. Chr. n. saeculi); b) in acc. pl. neutr. generis *Πένθεα* Acarn. Mitt. XXVII p. 342 n. 22,1 (epigramma I a. Chr. saeculi); *ἐμφανέα* *Ἐφ. ἀρχ.* n. 8 γ, 16 (III a. Chr. n. saeculi); c) in acc. sg. ευ- stirpium: *βασιλέα* Aetol. 1413,13 (aa. 179—172 a. Chr. n. saeculi), in eodem titulo contracta forma *γραμματῆ* vs. 33 est; *βασιλέα Εὐμένη* Aetol. 1416,1; 1417,1; *βασιλέα* *Ἐφ. ἀρχ.* XXIII n. 9 α 1;[1]) d) in media voce composita ut *Κλεάνδρου* Phthiot. IG. IX 2 n. 206 I a 3; *Κλεανίκου* vs. 7; *Κλεάνδρου* ibid. n. 225,5; *ἐννεάδεσσιν* in epigrammate Acarn. Mitt. XXVII p. 342 n. 22,5.

Plerumque tamen ε + ᾰ in declinatione nominum contracta sunt, ut in recentioribus Locrorum et Doriensium monumentis (G. Meyer, Gr.[3] 209; Allen, Curt. Stud. III, 237 sqq.) e. g. a) in acc. sg. εσ- stirpium, Epir. *Ἀνδρομένη* 1350,5; Acarn. *Λαχάρη* 1379,18; *ἑπταετῆ* IG. IX 1 n. 440,1 (metr. tit.); *Διογένη* IG. IX 1 n. 516, 11 et restit. vs. 9; *Κλεοφάν[η]* ibid. n. 484,2; *Ἄρη* epigramma sep. Mitt. XXVII p. 339 n. 21,6; Aetol. *Εὐμένη* 1413,11; 1416,1; 1417,1; *Ἐλπῆ* 1415,8; *ἐμφανῆ* 1411,12 (II a. Chr. n. saeculi); b) in acc. sg. ευ- stirpium, e. g. Epir. *Ἀρ[γε]θιῆ* 1341,2; Acarn. *Πατρῆ* 1380 a 9; Aetol. *γραμματῆ* 1413,33 (cfr. in mom. 8 supra); *βασιλῆ Φίλιππον* (probab. V) *Ἐφ. ἀρχ.* XXIII n. 8 δ, 12; *οἰκογενῆ* 1426,5; Phthiot. *Πελινναῆ* 1447,11; c) in acc. pl. neutr., e. g. *ἔτη* Aetol. 1415,22; *τείχη* Phthiot. 1453,5 (c. a. 200 a. Chr. n.); *ἔτη?* Phthiot. IG. IX 2 n. 221,7 (III fere a. Chr. n. saeculi).

9. ε + ᾱ numquam coaluerunt: a) *Κλεάν(ορο)ς* 1426,1; in nominibus in *-κλεᾱς* (pro *κλεης*), ⁰*-εᾱς* exeuntibus, ut *Καλλικλέας* Phthiot. IG. IX 2 n. 167. (Cfr. § 2, 1 b). *Ἀριστέας* Aenian IG. IX 2 n. 6 a 5. b) ε non confluxit cum ᾱ, quod e contractis vocalibus α + ο evaserat: *Ἀγέα* Epir.

---

[1]) Accusativus *βασιλέα* (<**βασιληϜα*, Hom. ⁰*ῆα*) fortasse ut in Attide in *-έᾱ* exiit. Brugmann, Gr.[3] 221; G. Meyer, Gr.[3] 209 sqq.; Smyth, Gr. D. I 246 et 248.

1356,9, Phthiot. 1447,3; *Καλλικλέα* (gen. sg. < °κλεαο) Phthiot. IG. IX 2 n. 109 a 34; *θεαροῖς* Aetol. 1425,1 (cfr. in mom.); De acc. sg. *βασιλέᾱ* in antecedentibus egi, (mom. 8 adn.),

10. ε + ο, ut apud Locros et Delphos (Allen, Curt. Stud. III 238), diu soluta manserunt. Ubi vocales concurrentes ε et ο in unum cofluxerunt, semper fere more Atticae et Communis sermonis in ου contractae sunt (G. Meyer, Gr.[3] 210 sqq.), in paucis nominibus hominum Epir., Acarn in ευ coaluerunt (cfr. § 20,2).

a) in genetivo sg. nominum, quorum secunda pars -γενης, -κρατης, -μηδης, -πειθης, -σθενης, τελης, -φανης est, ε + ο in titulis, qui dialectum puram exhibent, plerumque non coaluerunt; item in appellativis, ut *ὄρεος* Aenian. 1432 b 3; *ἔθνεος* 1440,4; *ἔλεος*, *τέλεος* *Ἐφ. ἀρχ.* XXIII n. 2, 6, 12; atque in compositis, quae ab *Ἐτεο-* incipiunt, ut *Ἐτεόμαχος* Acarn. IG. IX 1 n. 485 a 11; *Ἐτεόδωρος* Phthiot. IG. IX 2 n. 175. — Iuxta plurimos huiusmodi genetivos in -εος exeuntes, inde a III a. Chr. n. saeculo genetivi Communis sermonis proprii in -ους hic et illic in usum venerunt. Cfr. quae de η pro ᾱ usurpato § 2 egi. Exempla: Acarn. *Διογένης Διογένους* civis Pergamenus appellatus est in plebiscito Acarnanum medii II a. Chr. n. saec. vv. 4, 10, 11. — Aetol. *Σωκράτους* 1424,1. — Aenian. *Ἑλλανοκράτους* IG. IX 2 n. 17,8 (I post Chr. n. saec.); *Ἀριστομένους* ibid. n. 13, 9, 18, *[ἔτους]* restit. ibid. vs. 6: *Ἐπικράτους* ibid. n. 18,1; *[...κ]ράτους* n. 27,4; *Ἀριστομένους* ibid. n. 42,2; *Τειμοκράτους* ibid. n. 56,7 (I—II post Chr. n. saec.). Quae omnia exempla in titulis Communi sermone scriptis leguntur. — Apud Phthiotas huius modi formae iam in titulis III a. Chr. n. saeculo exaratis inveniuntur: *Σωσίας Σωσιγένους* IG. IX 2 n. 1321,34 (litterae ΑΠοΟ≶(Σ) III saeculum indicare videntur, indoles sermonis recentiorem prodit aetatem, e. g. *Ἀσκληπιάδου* vs. 5, *Θεόμνηστος* vs. 27 et illa ipsa contracta genetivi forma); *Λυσικράτους* ibid. n. 1322,5 (probab. III a. Chr. n. saec., litt. ΑΠο≶). Cetera exempla inferioris

sunt aetatis: *[Σω]τάδους* n. 78 a 1, 2; b 1. (litt. inferioris aetatis ΑΠΟΣΣ); *Φιλοκράτους* n. 94,1; *Ξενομένους* ibid. vs. 3; *Διομήδους* n. 186; *[Κ]αλλιτέλους* n. 206 II a 1; in titulis 206 I a; I b; II b qui, quantum e specie litterarum concludi licet, eiusdem vel recentioris sunt aetatis (I a. Chr. n. saeculi ?) genetivi in ^{0}*γενεος*, ^{0}-*κρατεος* exeuntes leguntur. Tit. n. 206 III c, qui I post Chr. n. saeculo incisus est, inter alia Communis sermonis propria et gen. *Ἀντιγένους* vs. 6 praebet. *Κλεομένους* n. 207 d 7 (in eodem tit. vs. 1 *στρατηγοῦντος* est). *Ἐπιθάλους* n. 207 h 2; in tit. n. 219 (II—I a. Chr. n. saec.) utriusque generis formae alterae iuxta alteras positae sunt: *Κλεαγένεος* vs. 2. — *[Θεμι]σ[τ]ογένους* vs. 3. Pro genetivo *Νικοκρατέους* quem Fick 1461 I 40, 44 posuit, Kern IG. IX 2 n. 109 a 40, 44 ex lapide usitatam formam ^{0}*κρατεος* reddidit. Cfr. § 6, 2 b.

Genetivus sg. nominum propriorum in -*κλης* (<**κλεϝης*) in *κλέος*: *κλέους* (<**κλεϝεσος*) cadit. Postquam *ϝ* et *σ* elisa sunt, similes vocales *ε* et *ε* aut in *ει* (*ε*) aut in *η* contractae sunt, dissimiles *ε* et *ο* non coaluerunt (*Πατροκλείος; Ἐμπεδοκλῆος; te·o·ke·le·o·se, ti·mo·ke·le·o·se Θεοκλῆος, Τιμοκλῆος* legi possunt, Brugmann, IF. IX 165. V. etiam Hirt, Gr. Laut u. Formenlehre, 124). Ex analogia vero frequentissimorum nominum in *-γένης -γένεος; μήδης- μήδεος; σθένης- σθένεος* cet. etiam *-κλῆς- κλέος* fictum est atque a VI a. Chr. n. saeculo, in Attide,[1]) ubi *ε*+*ο* in *ου* contracta sunt ad normam genetivorum in *-γένους*, *-μήδους*, *-σθένους* cet. exeuntium in connexa serie sonorum *-εεο-* *ε*+*ο* in *ου* contracta sunt (*-κλέους*). Exitus *-κλέος* nostrarum dialectorum proprius est, *-κλέους*, qui aliquoties in recentibus titulis invenitur Attico et Communi sermoni tribuendus est. *-κλεος*: Acarn. *Ἀριστοκλέος* 1380 a 3; [1380 c 3]; I Magn. *Διοκλέο(ς)* n. 31,43; *[Διοκ]λέος* ibid. vs. 9; IG. IX 1 n. 518,4 *Ἀνδρο[κλέος]*, quod Oberhummer, Akarnanien p. 271 n. 10 restituit. *Περικλέος* IG. IX 1 n. 446, 11, 12, 13 (litt. ΑΠΟΣ, III a. Chr. n. saeculi). — Aetol. *Πατροκλέος* IG. IX 1 n. 422,5; *Πολυκλέος*

[1]) Cfr. Meisterhans-Schwyzer, Gr. d. Att. Inschr.³ 132 sqq.

Ἐφ. ἀρχ. n. 1,22; *Περικλέος* ibid. vs. 23. — Aenian. *Ἀγαθοκλέος* 1436,1. — Phthiot. *Ἀρχικλέος* 1449,12 bis; *Καλλικλέος* IG. IX 2 n. 110,5; *Στρατοκλέος* ibid. n. 175; *Πολυκλέος* n. 89 a 3. — *-κλέους* aliquoties est in Acarn. Aenian. Phthiot. titulis, qui etiam *-γενους*. *-μενους*, *-κρατους* etc. exhibent, e. g. Acarn. *[Εὐρυ]κλέους* IG. IX 1 n. 519; Aenian. *Ἀγαθοκλέους* IG. IX 2 n. 13,20, qui tit. Communi sermone scriptus est et gen. *Ἀριστομένους* vv. 9, 18 exhibet. — *Ἐπαφρόδιτο[ς] Ἀγαθοκλ[έους]* ibid. n. 50 (inferioris aetatis). — Phthiot. *Θρασ[υ]κλέους* IG. IX 2 n. 104, 9, 10, qui tit. II a. Chr. n. saeculi est atque gen. *Ἀντιγένεος* vs. 3; partic. *Στραταγέοντος* et omnino puram dialectum exhibet. Quare *Θρασυκλέους* peregrinam formam putaveris, qua pater servae libertate donatae appellatus est. *Παρθενοκλέους* ibid. n. 207 e 6 (tit. inferioris est aetatis atque Communi dialecto scriptus); *Καλλικλέους* ibid. n. 207 l 3. De gen. *Διοκλείους* v. § 5, 4 a.

b) In gen. sg. stirpium in *-ευ* et *-ι* exeuntium *-εο-* semper servatum est. De recentibus formis gen. in *-εως* vide §§ 37, 39.

c) In nominibus cum *θεο-*, *κλεο-* compositis vocales *ε* et *ο* non coaluerunt, exceptis paucis nominibus, quae *Θευ-*. *Κλευ-*, exhibent; exempla supra attuli, § 20,2. — Nomina composita, quae *νεο-* in priore membro habent, vocales non contractas exhibent, excepta voce *νουμήνιος* *-ον*, cuius *νου-* (<**νεϜο-*) ex analogia nominum cum *Θου-* (< *Θεο-*) compositorum factum esse atque iam satis antiquo tempore in locum *νεο-* successisse videtur: Magnesiae a primo dimidio III a. Chr. n. saeculi, Nachmansson, Magn. Inschr. 69; v. insuper Solmsen, KZ. XXXII 526; Schulze, Quaest. ep. 162 sqq.; Kretschmer, Vasen. 141, adn.; J. Schmidt, KZ. XXXVIII 39. — Exempla: Epir. *Νεοπάτρα* 1347,5; *Νεοπτολέμου* 1336,4; Phthiot. *Νεοπτόλεμος* 1456 b 20; *Νεοπτολέμου* 1439,15 sed: *νουμηνία* (dat. sg.) 1461 II 28 (II a. Chr. n. saeculi); *Νουμηνίου* 1451 b 8; 1461 I 58; et partim restit. *^{0}[μηνίου]* 1446,2, 3.

d) In adiectivis materialibus, ut *χάλκεον* Aenian. 1438,7 (metr.) vocales *ε* et *ο* non confluxerunt.

e) In verbis contractis quae dicuntur *ε* et *ο* in titulis Epirotarum et Acarnanum, qui antiquam dialectum puram servaverunt, in *ου* confluxerunt, e. g. Epir. *[ἀ]ιτουμένου* 1338,7; *κατοικοῦντι* dat. partic. 1334,12 (IV a. Chr. n. saeculi); *[κατοικοῦ]ντι* 1343,3; *στραταγοῦντος* 1339,2; 1349,2; 1350,1; *[στρ]αταγο[ῦντος]* 1338,1; *παρεκάλουν* I Magn. n. 32, 5, 17. — Acarn. IG. IX 1 *συνευδοκούντων* n. 485 a 12, (III a. Chr. n. saeculi); in eodem titulo nominum formae *Ἐτεόμα[χος]* vs. 11; *Εὐκράτεος* vs. 14 leguntur. *[προαγοροῦντος]* n. 518,4 Oberhummer, Akarnanien, p. 271 restituit; *ἱεραπολούσας* Mitt, XXVII p. 336 n. 9 (litt. III a. Chr. n. saeculi ΑΓΟΣ); *[Στραταγ]οῦντος* I Magn. n. 31,1; *παρεκαλούντ[ων . . .]* ibid. vs. 23; *παρεκάλουν* vv. 15, 37.

In iis titulis Aetol., Aenian., Phthiot., qui mera dialecto scripti sunt, contractas formas non reperias. Quare nusquam forma *στραταγοῦντος* sed aut *στραταγέοντος* aut *στρατηγοῦντος* in monumentis sermonis eorum exstat, illa et aliae eiusdem generis in antiquis, haec et similes in recentibus, quae etiam alia Communis sermonis propria praebent. In titulis III et II a. Chr. n. saeculorum *-εο-* in his verbis quater et sexagies (64) reperitur, nec non in titulis IG. IX 2 n. 206 I a 1; I b 1; II b 1, 8, qui circa Chr. n. incisi sunt *Στραταγέοντος* est. — Contractae formae aliquoties iam III a. Chr. n. saeculo usurpatae sunt, II saec. non multo frequentiores factae sunt, I saec. plerumque in locum antiquarum formarum successerunt. Aetol. *Ἐφ. ἀρχ.* XXIII, n. 1,6 (circa a. 275 exar.) *ἀντιποιοῦνται; σιταρχούντω* ibid. vs. 33. — *-εο-:* ibid. vv. 14; 15; 16. — *βουλαρχοῦντων* ibid. n. 3,5 (quem titulum Sotiriadis l. c. III a. Chr. n. saeculo tribuit, mihi recentior videtur, e. g. *η* pro $\bar{α}$ § 2.); *ποιουμένα* Phthiot. 1440,6 (III saec.), in eodem titulo vs. 12 *στρατ[αγέ]οντος*, vs. 13 *[ἱππαρ]χ[έον]τος* leguntur. Aetol. *Ἐφ. ἀρχ.* n. 8 *γ* 20, (III a. Chr. n. saeculi) *τοῖς ἀδικουμένοις* sed. ibid. vs. 2 *ἱππαρχέοντος*, vs. 13 *κατοικέοντων*. — II. a. Chr. n. saeculi haec sunt: *ποιούμενος* 1413,7 et restit. vs. 3. — *νικεόντοις* ibid. vs. 16; *κατοικεόντων* vs. 19; *[ἐποιοῦντο]* I Magn. n. 91 c 7. — ibid. vs. 2 *Στραταγέοντος* et *[ἱππαρχέοντος]*. — Phthiot. *παραμενοῦντι*

1461 II 61 Fick et Kern IG. IX 2 n. 109, b 61; ⁰μένουντι Foucart; in hoc titulo -εο- plerumque remansit: vs. 1, στραταγεόντος, et in gen. sg. -κράτεος, -φάνεος etc. IG. IX 2 [Στρατηγοῦντος] n. 66 b 1 (circa a. 117 a. Chr. n. exar.) sed n. 66 a 1, qui circa a. 170 a. Chr. n. incisus est [Στραταγέοντος] suppletum est; nescio an haec forma etiam in n. 66 b 1 ponenda sit. Στρατηγοῦντος, quod Communis sermonis est, saepe in Phthiot. titulis est, v. Hiller, Indices IV, 3 p. 314. In Aenian. titulis ineuntis II a. Chr. n. saeculi (IG. IX 2 n. 11,8) et posterioribus IG. IX 2 nn. 13—21; 23—25; 29, haec forma circiter septiesdecies est, v. Hiller l. c.; παρακ[αλούμενα] n. 11,30 recte ad στρατηγοῦντος, quod ibid. vs. 8 legitur, suppletum est. — Nomen feminae Φιλουμένα Aetol. 1419,1; Phthiot. 1461, II 40 probabiliter ad verbum φιλέω (non ad φιλόω) refertur atque -ου- ex -εο- contractum exhibet. Bechtel-Fick, Gr. Prsnn.² 279.

11. Ut apud Dorienses et vicinos Locros, ε + ω plerumque non sunt contracta: a) in verbis, ut συγχωρέωντι Aetol. Ἐφ. ἀρχ. XXIII n. 1,7 (prioris saeculi III a. Chr. n. dimidii); σταθέωσ[ι]ν Phthiot. IG. IX 2 n. 66 a 12: ἐλεῶ ibid. n. 204,7 (carmen semibarb.); [ἀ]νανεώσασθαι n. 89, b 26; ἀνενεώσαντο n. 89, a 19. — b) in gen. pl. -ες et -ευ stirpium, ἐτέων 1415,22; ἀφανέων 1411,14; Μελιταιέων 1415,27; Αἰνιέων 1438,5; [βασι]λέων 1429 b 1; Λαμιέων IG. IX 2 n. 80,1; 81,2, multa alia. — c) In nominibus propriis, τοῦ (Κ)λέωνος IG. IX 2 n. 73,10 (= 1450 ap. Coll. Λέ[ο]ν[τ]ος); Κλέων Θεύρωνος n. 74,2 (= 1451 a 2 ap. Coll.); [Κ]λέωνος n. 77,1; nomen feminae Κλεώ 1437,1 (ε < ε + ε); Κλεωμάχωι [1]) 1336,1; in Θεωρο- ω ex contractis α + ο evaserat. — In recentioris aetatis titulis ε et ω in ω aliquoties coaluerunt: ἐτῶν ter in tit. Aetol. IG. IX 1 n. 419, 1, 2, 3 litteris (ΑοΣ) II a. Chr. n. saeculi propriis inciso invenitur; ἐτῶν ibid. n. 420,3 (infer. aet.; ΑΠΟωC); porro in tit. Acarn. ibid. n. 490,3, quem Dittenberger l. c. impe-

[1]) Si vera est lectio Κλεω- pro Κλεο- v. § 24.

ratorum Rom. aetate incisum esse condendit; ibid. n. 529 (qui II, ni fallor, a. Chr. saeculo vix vetustior est; $C = \sigma$); Acarn. Mitt. XXVII p. 342 n. 22,5 (epigramma I a. Chr. n. saec). In titulo Lamiensi IG. IX 2 n. 62,3 *[ποιητὴς ἐ]πῶμ* Kern posuit; in lapide *ΠΩΜ* est; Fick ap. Coll. 1441,3 *[ποιητὰς ἐπ]έων* restituit. Cum hic titulus, II vel III a. Chr. n. saeculi (litt. ΑΠΟοΣ), dialectum puram servaverit, *[ποιητὰς ἐπέ]ωμ* ex *ποιήτρια ἐπ[έ]ω[μ]* ibid. n. 62,3 = 1440,3 (a. 218/17 a. Chr. n. exar.) ecquidem suppleverim.

Adn. *ηω* non contractum est: *Ὀιχαλι[ήων]* Aenian. 1432 a 5, at cur *⁰ήων* pro *-έων*, qui exitus gen. pl. *-ευ* stirpium erat, suppletum sit, non video. Kern, II Corrigenda, 7 b Vilhelmum secutus (Österr. Jahreshefte VIII 1905, 285 sqq.) *οἱ Χαλ[κιδεῖ]ς* scripsit.

ε + ου, quae in Attide in *-ου-* contracta sunt, exceptis nominibus in *-κλεους*, in nostris titulis integra servata sunt, e. g. *συνευδοκεούσας* Aetol. 1425,2; *[συν]⁰* 1426,1; *ἀνενεοῦντο* 1411,4; *Ἀρέου* Phthiot. 1449,4; *Λυκέου* 1451 b 18.

12. *ο + α* in *ω* contracta sunt, ut in Attica et Communi sermone, at ex paucis atque recentibus quidem exemplis, concludi non potest, utrum haec consuetudo genuina in nostris dialectis atque earum propria fuerit, an antiquissima aetate *ᾱ* ex *ο + α* contractis evaserit, ut apud Dorienses. [1]) Exempla: a) *πρώταν* Phthiot. 1461 I 3; *πρῶτο[ν]* Phthiot. IG. IX 2 n. 1330,3; *Πρῶτος... ἐποίησε* ibid. n. 115. [2]) b) in acc. sg. femininorum in *-ω (-ωι)* exeuntium, e. g. *Εὐχώ* Epir. 1359,3; *ἀώ* Ἐφ. ἀρχ. XXIII n. 1,4; v. Brugmann, Gr.³ 207; G. Meyer, Gr.³ 411; J. Schmidt, KZ. XXV, 4. — In vocibus cum *προ-* compositis *ο* cum

---

[1]) Cfr. inter se quae de vocalibus *ο + α* contractis egerunt G. Meyer, Gr.³ 213 sqq. et Buck, Gr. D. 38, 73.

[2]) *πρῶτος* ad **προ-ατο-ς*, quod suffixo *-ατο-*, (quod ex vocibus *ἔνατος*, *δέκ- ατος* receptum est) pro usitato *-τατο-* fictum est, revocatur; qua e forma ex legibus vocalium contrahendarum in aliis Graecae linguae dialectis (Doriensium et Graecorum occidentalium) *πρᾶτος-*, in Lesb. Ion. Att. *πρῶτος* ortum est.

subsequente vocali non coaluit, e. g. *προαποδότας* (in lapide ^{0}*ανο*^{0}) Aetol. 1425,6. Cfr. Nachmansson. Magn. Inschr. 69; alii ab eo ibidem enumerati.

13. *ο* + *ᾱ* in unum non coaluerunt, e. g. *βοαθοεῖν* Aetol. Ἐφ. ἀρχ. XXIII n. 1, 25, 28; *βοαθοούντω* ibid. vs. 30.

14. *οε* servatum est in nomine Epir. *Δοεσστός* 1350,4 (cfr. Strabo: *Δυέσται*); in *ου* confluxerunt: *λουτρ[ῶνα]* Aenian. 1436,2. In dialecto Locr. *ο* + *ε* > *ω* factum est: *δαμιωργός*, Allen, Curt. Stud. III 238, sed fugerunt eum *δαμιοργός* (acc. pl.) 1479,15; *[δα]μιοργέοντος* 1476,2 quae formae eliso *ε* ortae sunt; apud Phocenses *δαμιουργοί* 1539 a 39; *δαμιουρ[γ]εόντων* ibid. vs. 14 inveniuntur. — *ο* + *ει* spurium non coaluerunt: *βοαθοεῖν* Ἐφ. ἀρχ. XXIII n. 1, 25, 28.

15. *ω* + *ᾰ* in recentibus titulis non contracta sunt, e. g. *ἥρωας* Phthiot. IG. IX 2 n. 106,5; *ἥρωα* ibid. n. 227,3 (Rom. aet.), n. 228 a 2, alias. In antiqua Attide acc. sg. *ἥρω* erat, Rom. aet. *ἥρωα* (Meisterhans-Schwyzer, Gr. d. Att. Inschr.³ 139; Kühner-Blass, Gr. d. Gr. Spr. 456.).

16. *ω* + *ε* integra, alterum iuxta alterum sunt: *ἥρωες* Phthiot. IG. IX 2 n. 230,3.

C. Vocales et diphthongi plerumque non coaluerunt:

1. *α* + *ει*: *Μαχάειος* Phthiot. 1453,2; *ἀεί* Aetol. 1410,5; 1411,13; 1413,3, 23; Phthiot. IG. IX 2 n. 219,4.

2. *α* + *οι*: *ἀνασαοίζεσθαι* Phthiot. IG. IX 2 n. 66 a 4 (circa a. 170 a. Chr. n. incisus).

3. *ε* + *αι*, *ᾱι*: *Εἰτεαίων* Aetol. 1428, e 2: *χρυσέαι* 1413,13; *χαλκέαις* Ἐφ. ἀρχ. XXIII n. 1,12.

4. *ε* + *οι*: *Ἐοιτάνω[ν]* Aetol. 1428 e 3; *Λαρισσέοις* IG. IX 2 n. 6 c 3; *Λαρι[σσέωι]* mendose pro ^{0}*αιωι* 6 b 1 restitutum est, cfr. § 12,2 adn.

5. *ο + αυ:* *ὁ αὐτ[ός]* IG 2 n. 90,12, 13 (inferioris aetatis).

6. *α + αυ > αυ:* *ταῦτα* Aetol. 1415,31 (III a. Chr. n. saeculi exeuntis) et *Ἐφ. ἀρχ.* XXIII n. 1,12, (III saeculi ineuntis); Phthiot. IG. IX 2 n. 89 a 23, 89 b 29; *ταύτηι* n. 89 a 33, qui tituli medii II a. Chr. n. saeculi sunt. In titulis Magnesiae repertis *τὰ αὐτὰ* Aetol. n. 28,8; Acarn. ibid. n. 31,45; *τα[ῦ]τα* Epir. ibid. n. 32,19, sed suppletum in eodem titulo *[τὰ αὐτά]*. *ταυτᾶ* adv. in antiquo Locr. titulo 1478,46 est.

7. *ε + αυ* in pronomine reflexivo non coaluerunt, e. g. *ἑαυτόν* IG. IX 2 n. 11,27 et restit. ibid. vs. 30; *ἑαυτοῦ* ibid. n. 41,5; 46,1; *ἑαυτῶν* n. 89 a 23 (med. II a. Chr. n. saeculi); *ἑαυτο(ῦ)* n. 198,2; *ἑαυτ[οῦ]* n. 1335,1 (inferioris aetatis); *ἑαυτῆι* etc.; *αὐτόν* IG. IX 2 n. 42,5, qui tit. Communi sermone scriptus est, in *αὑτόν* immutaverim, ibid. n. 89 b 8 pro *[αὐτούς]* ecquidem *[ἑαυτούς]* suppleverim, cum reflexivum *αὑτ-* ne in antiquissimis quidem nostrarum dialectorum monumentis reperiatur atque *ἑαυτ-* omnino iam a III a. Chr. n. saeculo in locum *ἀυτ-* successerit, atque inde a IV a. Chr. n. saeculo *αὑτοῦ* pro *ἑαυτοῦ* et *ἀυτοῦ* usurpari coeptum est. Cfr. Meisterhans-Schwyzer, Gr. d. Att. Inschr. 153 sqq.; Schweizer, Pergam. Inschr. 162; Nachmansson, Magn. Inschr. 144.

8. *ι + ει* in *ει (= ῑ)* coaluerunt in media voce *τῷ ταμείω*, quae legitur in tit. Phthiot. n. 198,6 (litt. inferioris aetatis inciso ΑΠΟC). De hac contrahendi consuetudine cfr. Nachmansson, Magn. Inschr. 69 sqq. et eos qui ab eo numerantur. In tit. Acarn. IG. IX 1 n. 456 *ὑγιείαι* (III—II saec.) invenitur.

9. *αι + α* subsequentis vocis in crasi coniuncta sunt: (Cfr. Locr. serm. Allen, Curt. Stud. III, 236) e. g, *κἀγαθός* Aenian. IG. IX 2 n. 11,17 (a. 182/1 a. Chr. n. exar.); Phthiot. *κἀγαθῶι* ibid. n. 66 a 7 (II a. Chr. n. saeculi), *[καλ]ο[κ]αγαθίαι* ibid. vs. 8; *κἀγαθούς* ibid. n. 89 b 27 et vs. 5 bis suppletum (medii II saeculi); *κἀγαθῷ* n. 219,7

sed *τὰ ἄλλα* vs. 14 eiusdem tituli, qui Communi sermonis vestigia praebet.

§ 23. Apocope.

In omnibus fere Graecae linguae dialectis, excepta Ion. Attica, praepositiones bisyllabae per apocopen quam appellant ultimam vocalem non raro amiserunt aut iam ab initio monosyllabae suam antiquam servaverunt formam. [1]) *ἀνά* et *παρά*, quae in Doricis et Occidentalibus dialectis atque aliquoties in Iade ante omnes consonas decurtata nobis occurrunt, etiam in nostris titulis *ἀν*, *πὰρ* formas habent; contra neque *κάτ*, *πότ*, quae in sermonibus Graecorum Occidentalium (Cret. dialecto excepta), Boeot., Thessal., Locr. (*κατόνδε (κατώνδε)* 1478,1; *ποτούς* i. e. *ποτὶ τούς)* subsequente dentali consona usurpabantur, neque *πέρ*, quod (omnino rarius in Graeca lingua exstat) in titulis vicinorum Delphorum et Locrorum reperitur (*πέροδος = περίοδος*, *Περφοθαριᾶν)*, in monumentis sermonum nostrarum gentium, quae recentioris sunt aetatis, usquam leguntur, quamquam antiquissimis temporibus has formas usurpatas esse verisimile videtur.

1. *ἀνὰ : ἀν(γ)*. [2]) Epir. *ἀγ Κόσσωι* 1365,6; *ἀντίθητι* 1369,3 sed: *ἀναθέματι*. I Magn. n. 32,36 (III a. Chr. n. saeculi). — Aetol. *ἄνπαλον* 1415,15 (qui III a. Chr. n. saec. exeunte incisus est), [3]) sed *ἀναβολάν* et *ἀναγραφήτω* vv. 22, 31

---

[1]) Vide quae de hac re egerunt Günther, IF. XX 37 sqq.; Kretschmer, Glotta I 34 sqq.; idem KZ. XXX 569; Brugmann, Gr.^{3} 141; G. Meyer, Gr.^{3} 402.; Buck, Gr. D. 74 sqq.

[2]) Günther l. c. p. 62 *ἀνά* et *παρά* ex *ἀν*, et *πάρ* ad normam praepositionis *κατά* ficta esse autumavit; cui sententiae monumenta antiquissimae Graecae linguae haud repugnant, cfr. Brugman, Gr.^{3} 140, 141. — Aliter G. Meyer, Gr.^{3} 402; et Kretschmer, Glotta I 34 sqq.

[3]) Hunc titulum Meliteae repertum Kern IG. IX 2 n. 205 inter alios Meliteae, oppidi Phthiotidis monumenta (nn. 205—212) edidit; Fick iure — ut mihi videtur — Aetolis attribuit, quia eo arbitrium continetur Aetolorum iudicum.

in eodem titulo leguntur. In ceteris Aetol. titulis III a. Chr. n. saeculi, ut 1410, Ἐφ. ἀρχ. XXIII n. 1, et II saeculi, 1411; 1412; 1413; 1424 semper *ἀνα-* est. — Etiam in Aenianum et Phthiotarum inscriptionibus semper *ἀνα-* reperitur: IG. IX 2 n. 17,4; n. 21,2. — 1461 I 4; 1447,11; 6; IG. IX 2 nn. 66 a 4, 14; 219,14; 103,5, 7, alias. — Acarnanum tituli huius rei exemplis carent.

2. *παρά* : *πάρ*. Epir. *πὰρ Κόται* 1365,9 (quo in titulo etiam illud *ἀγ Κόσσωι* est); fortasse in nomine gentili *Παρθαίου* 1371,1. — *παρά:* I Magn. *παραγινομένους* n. 32,28; (vs. 45 ibid. *παρὰ Ἀπειρωτᾶν* est). — Apud Acarnanes solum *παρά* exstat, e. g. *παραμεινάτω, παραμῆναι* IG. IX 1 n. 447,6, 7 et partim suppl. ibid. n. 448,4, 6 (uterque tit. II a. Chr. n. saeculo exaratus est); *[... παρὰ τὰν ...]* ex consuetudine loquendi restitutum est IG. IX 1 n. 485,3 (III a. Chr. n. saec.). — Aetol. *πὰρ τᾶς πόλιος* in eodem titulo 1415,24 invenitur, ubi *ἄνπαλον* est, ubique alias etiam III a. Chr. n. saeculo *παρά* est, e. g. 1409,3; 1428 i 11; 1411,8. — In Aenianum titulis solum *παρά* usurpatum est: *[πα]ρά τοῦ κοινοῦ* 1430 b 2; [1430 a 2]; 1431 b 6; *παρά Νεικολάου* IG. IX 2 n. 17,1; ibid. n. 5 b, 6; n. 10, 4, alias. — In Phthiot. inscriptionibus *παρ-* prior pars nominum propriorum est: *Παρμένοντος* 1466 a 4; *Παρμενίσκου* 1443,6; °*[-ίσκο]υ* 1461, I 51; *Παρμενίχας* 1461 I 39. — Praepositio semper *παρά* est, v. Baunack, Index; Hiller, Indices, IG. IX 2.

§ 24. Vocales breves longis mutatae.

Ea aetate, qua musicus qui dicitur accentus in exspiratorium accentum transiit, vocales breves et longae quantitate paulatim similes factae alterae pro alteris promiscue usurpari coeptae sunt. Hoc in papyris Aegypti atque in titulis Magnesiae et Pergami et Rhodi a II a. Chr. n. saeculo factum est, in Attide vero non ante imperatorum Rom. aetate. [1]) In nostris titulis perpauca huius

[1]) V. Mayser, Gr. d. Gr. Pap. 138 sqq.; Nachmansson, Magn. Inschr. 63; Schweizer, Pergam. Inschr. 94 sqq.; Björkegren, Dial. Rhod. 68 sqq.; Meisterhans-Schwyzer, Gr. d. Att. Inschr. 68.

rei exempla inveniuntur. Kretschmer, KZ. XXX, 598 sqq. permutationem vocalium longarum breviumque et ex accentu et e mutata eius natura pendere contendit; sunt tamen in nostris titulis nonnulla exempla, in quibus per ipsas vocales qualitate paulatim adaequatas (*ε, ει, η* = *ẹ*; *ο, ου, ω* = *ọ*) neque non per analogiam (ut in declinatione *ν*-stirpium, cfr. Thumb, Hellenismus, 143, adn. 2) breves vocales longis esse mutatas putaveris. Idem fere de causa permutationis Björkegren, Dial. Rhod. 71 disseruit.

a) *ε* pro *ει, η*. Nominativus pl. *Ὄμφαλες*, qui legitur in tit. Epir. 1347,$_{6}$ et partim restit. est ibid. vs. $_{14}$ *[Ὀμφαλ]ες* = *Ὀμφάλεις* < *Ὀμφάλεες* esse putaverim.[1]) De flexione huius nominis v. § 42. In voce *ἀναθέματι*, quae invenitur in tit. Epir. I Magn. n. 32,$_{36}$, III a. Chr. n. saec. inciso, *ε* pro *η* fortasse ex analogia verbi formarum *ἀναθέμεν* (Aetol. 1413,$_{32}$) cet. positum est.

b) *η* pro *ε*. *Ἁγημών* pro *Ἁγεμών* ad normam nominum satis frequentium, quae *Ἁγησ-* *Ἁγητ-* cet. in initio exhibent, fictum esse arbitror. Cfr. §§ 2,$_{1}$ a et 4 b p. 37.

c) *ο* pro *ω* est in nomine *Νικονίδου*, quod legitur in tit. Phthiot. IG. IX 2 n. 211, litteris III a. Chr. n. saec. ΑΠοΟ exarato. Kern. l. c.: „*Νικονίδης ἐκ Λαρίσης* Thucydidis codices, ubi *Νικωνίδης* scripsit Krueger". Sed cfr. „ultima addenda" p. XII n. 211 „*Νικ[ω]νίδου* Bechtel et Wilomowitz, qui cum Kruegero Thucydidis codicum lectionem falsam esse putant." *τõν ἀγγέλλον* gen. pl. Phthiot. IG. IX 2 n. 232,$_{47}$, qui tit. II *post* Chr. n. saec. incisus etiam alia Communis sermonis propria praebet.

d) *ω* pro *ο*. In tit. Epir. 1336,$_{1}$ (IV a. Chr. n. saec.) Fick *[Κ]λεωμάχωι* scripsit (*[Λ]εωμάχωι* Dittenberger). Si Fick recte, ut mihi quidem videtur, ita supplevit, hoc nomen *ω* pro *ο* ex analogia eorum nominum copositorum, quae *Κλεω-* iure habent, ut *Κλεώνασσα* (<**Κλεο* + *ανασσα*), *Κλεώνυμος* (Hirt, Gr. Laut- u. Formenl. 99; Sive *Διωκλέαν*

---

[1]) Fick l. c. *Ὄμφαλες* correpta *η* vocali ex *Ὀμφαλῆς* = *Ὀμφαλέες* natum esse contendit, at iniuria, nam *-εε-* in Epir. dialecto in *ει* (non in *η*) contractum est; § 22. A 2.

(acc. sg.) Phtiot. IG. IX 2 n. 198,3 (qui tit. inferioris aetatis est) ad *Διοκλῆς: Διοκλέας* referendum est sive nomen feminae est aliunde non notum, certe *Διω-* pro *Διο-* exhibet. Tit. Hypatae repertus IG. IX 2 n. 18,2 *γεινώμενον* praebet, quod Kern, quamquam ipse lapidem non vidit (a. 1899) in *γειν[ό]μενον* iure, si quid video, ex frequentissimis huius vocis exemplis mutavit. Adolf Wilhelm, Beitr. Gr. Inschr. (1909) n. 133,2 lapidis scripturam servavit. Idem tit., qui medii II a. Chr. n. saec. vel recentioris est aetatis, vs. 5 aliud mendum lapicidae exhibet: *Ἡρα<ι>ίς*. — De *ωι* : *οι*, quae in exitu dat. loc. reperiuntur § 18, de flexione nominum in *-ων, ωνος: ων, ονος* cadentium § 41 disserui.

B. De consonis.

§ 25. Liquidae.

1. *ρ* : *λ*. Nomen proprium Acarn. *Κρεομάχας* (gen. sg.), quod legitur in tit. IG. IX 1 n. 475,1, *ρ* consonam loco *λ* exhibere non eius errore, qui titulum edidit (Cousin BCH. X p. 181 n. 7) sed pronuntiatione, qua hae consonae „perfrequenter“ [1]) in omnibus Graeciae regionibus permutatae essent, Dittenberger l. c. adnotavit. Quam explicationem ecquidem approbare non possum, cum mecum reputem nomina, quae a *Κλεο-* incipiunt, satis frequentia apud omnes Graecos fuisse neque, quantum ego comperi, ullo alio loco hanc habuisse formam. Quare, si hoc nomen permirum inauditumque recte a lapicida incisum atque recte ab editore exscriptum est, priorem partem eius stirpem *Κρεο-* vel *Κρεω-* esse putaverim. Cfr. Pape-Benseler, Wörterb.

Adn. 1. *λ*, quod ante subsequentem nasalem in *ν* transiit in Doricis dialectis Peloponnesi, Italiae, Siciliae nec non in tit. Delph. (*προαπενθεῖν* tit. 2324 iuxta *προαπελθεῖν* tit. 2192), in nostris titulis

---

[1]) Cfr. G. Meyer, Gr.^{3} 234 sqq.

semper servatum est. Cfr. Brugmann. Gr.[3] 81; Thumb, Handb. §§ 103; 126; 132; 141; 164; 166.

Adn. 2. Geminatae liquidae, quae Lesb. Thessal. sermonis propriae sunt *(στάλλα, χέλλιοι)*, in monumentis nostrarum dialectorum in unam reductae reperiuntur; exempla §§ 2 p. 17; 5,1; 8,1 invenies.

§ 26. Gutturales.

1. *κ:χ.* Nomen civis Medionii *Ὑνάρκου* Acarn. IG. IX 1 n. 516,4, quod Dittenberger quamquam dubitans in *[Σ]υνάρ[χ]ου* immutavit, *κ* recte habere mihi persuasi, postquam etiam alia nomina hominum, quae *ἄρκος* „ursus" exhibent, apud Acarnanes in usu fuisse cognovi (*Ἀρκολέωνος* Mitt. XXVII p. 334 n. 8,20). Cfr. praeterea, quae Preuner ibid. p. 343 de nominibus ad *Ἄρκος-* referendis dixit, atque nomina hominum ab eo ibid. allata *Ἀρκόλυκος, Λυκολέων, Λεοντόλυκος*, ex quibus ego pro *Ὑνάρκου* levissima emendatione facta *[Κ]υνάρκου* aut *[Λυ-[κ]άρκου* restituerim. Etiam nomen *Ἄρκου*, quod in eodem tit. vs. 2 est, ad vocem *ἄρκος* „ursus" rettulerim. Ex analogia *χ* in locum *κ* irrepsit in voce *θεαροδόχους* Epir. I Magn. n. 32,26, in Aetol. tit. *κ* suo loco est: *θεαροδόκος* I Magn. n. 28,5; *θεωροδόκους* 1413,24; et restit. ibid. vs. 27. Brugmann, Gr.[3] 103. — *Κάπρου* Mitt. XXVII p. 337 n. 11; prima littera fortasse *Χ* est; at ita mutilus hic tit. est, ut omiserim.

2. Dissimilatione spiritus quae dicitur *ἐκέχειρον* Epir. I Magn. n. 32,47 ex *ἐχέ-χειρον* ortum est. Acarn. I Magn. n. 31,15 *ἐκεχειρίαν* legitur. V. G. Meyer, Gr.[3] 390; Brugmann, Gr.[3] 103 sqq.; Meisterhans-Schwyzer, Gr. d. Att. Inschr. 102.

3. *χ:γ.* Iuxta usitatam participii formam *ἀγνηκώς*, quae legitur in tit. Aetol. 1413,5 (intra aa. 179—172 a. Chr. n. exarato), permira forma *ἀχνηκότας* in tit. Aetol. 1411,14 (qui eiusdem fere aetatis est) invenitur. Ecquidem, quo modo *χ* in locum *γ* successerit, nisi hoc loco mendum lateat lapicidae, explicare non possim, G. Meyer, Gr.[3]

364 littera χ haud accurate expressum esse γ, quod spirans factum esset, contendit. At iure, ut mihi videtur, Helene Searles, Lex. Stud. p. 7 hanc sententiam vix approbari posse dicit, cum nulla alia exempla, in quibus γ spirans littera *X* redditum sit, in Graeca lingua exstent. Cfr. Brugmann, Gr.³ 108; Schweizer, Pergam. Inschr. 108; Nachmansson, Magn. Inschr. 77 et Beiträge 30 sqq.

4. κχ : χχ. In tit. Phthiot. 1461 I 13 Fick mendose, si quid video, *Βαχχίου* scripsit; Kern, IG. IX 2 n. 109 a 13 lapidis scripturam *Βακχίου* reddidit, quam formam nominis etiam Baunack et Hiller (Indices) habent. *Βάκχιος Βακχίου* nominatur in tit. Phthiot. 1449,7 (= IG. IX 2, n. 72,7), qui eiusdem fere aetatis est atque n. 1461 I. De χχ pro κχ usurpato egerunt G. Meyer, Gr.³ 288; Kretschmer, Vasen., 174; Schweizer, Pergam. Inschr. 114; Björkegren Dial. Rhod. 78, alii.

5. Lat. *ci, ce, coe, cae* in nostris titulis κι, κε, κοι, και respondent, e. g. *Λεύκιον* Acarn. 1380 a 10; *Καικέλιον* Aenian. 1433,2; *Καίσαρος*, *Καίσαρα* saepe (v. Hiller, Index p. 317); *Κοιλίου* Acarn. IG. IX 1 n. 483,2; *Ἀκιλίους* Acarn. 1380 a 10. Lat. *qu* Graeci litteris κο reddebant: *Κοῖντος* ... *Κοίντου* Phthiot. IG. IX 2 n. 89 a 11; *Κοΐγκτιος* ibid. b 17.

Adn. Signum consonae velaris ϙ, quod in Locr. titulis constanter ante sonos ο, ω, ου, οι est (Allen, Curt. Stud. III 216 sqq.) in nostrarum gentium titulis, aliquanto recentioribus, non invenitur. G. Meyer, Gr.³ 263.

§ 27. Labiales.

1. πτ : π. In initio nominis *Π(τ)ολεμαῖος* iam πτ iam π est: Epir. *Πτολέμαιον* 1360,2 et restit. 1348,1. In titulo Aetol. *Ἐφ. ἀρχ.* XXIII n. 9, qui regnante Ptolemaeo III (aa. 247—222 a. Chr. n.) exaratus est, nomen regis *Πτολεμ-* octies legitur, semel restitutum est. In Phthiot. tit. eadem nominis forma bis est 1461 I 1 et IG. IX 2 n. 104,1. Iuxta hanc formam, quae in Communi sermone usitata erat (Cfr. Schweizer, Pergam. Inschr. 104; Nachmansson, Magn.

Inschr. 74), *Πολεμαῖος* aliquoties invenitur: Aetol. 1415,2 et bis partim suppl. 1428,3; Phthiot. IG. IX 2 n. 217,7, 16. Porro *-πτολεμ-* posterior pars est nonnullorum nominum propriorum: Epir. *Νεοπτολέμου* 1336,4; Aetol. *Νεοπτολέμου Ναυπακτίου* *Ἐφ. ἀρχ.* XXIII n. 1,15; *Μνασιπτόλεμον* ibid. n. 8 *γ* vs. 6. Phthiot. *Νεοπτόλεμος* 1456 b 20; *Νεοπτολέμου* 1439,15. In epigr. Acarn. Mitt. XXVII p. 349 vs. 3 epica forma *πτόλιν* legitur, cetera nomina propria et appellativa, simplicia et composita, quae stirpes *π(τ)ολι-*; *π(τ)ολεμο-* exhibent, in nostris titulis *π* habent, cfr. Indices Baunackii et Hilleri.

2. *π* : *φ*. In tit. manumissorio Aetol. 1428 i 5 Fick nomen servi *Σ[π]α[ῖ]ρος* restituit e nomine *Σπαῖρος* *Ἀκρισίου Ναυπάκτιος* (Wescher-Foucart, Inscr. rec. Delph. 151,2). In tit. Phthiot. 1461 II 47 *Σωσύλα Σφαίρου* nominatur, quod nomen etiam alias in Graeca lingua invenitur. (Pape-Benseler, Wörterb.). Fortasse *Σφαῖρος*: *Σπαῖρος* idem nomen est? In titulis Asiae *π* et *φ* (*ϑ* et *τ*, *χ* et *κ*) promiscue usurpata esse Schweizer, Pergam. Inschr. 110 sqq. ostendit. V. praeterea G. Meyer, Gr.[3] 281 sqq.

3. Lat. *p* littera *π* redditum est, e. g. *Πρείμας* Aenian. IG. IX 2 n. 14 e 2; *Πρεῖμος* ibid. n. 16,5. In nomine *Πόπλιον* Acarn. 1380 a 9; *Ποπλίου* ibid. vs. 10 *π* = Lat. *b* < *p* est. Cfr. Schweizer, Pergam. Inschr. 103; Nachmansson, Magn. Inschr. 74.

§ 28. Dentales.

1. *τι* : *σι*. Iam antiquissima Graecae linguae aetate *τι* > *σι* factum est in omnibus Graeciae regionibus, exceptis iis vocibus, ubi *τι* in ineunte voce erat, aut *σ* consonam subsequebatur. Goidanich, I continuatori ellenici di *ti* indoeuropeo (IF. V Anz. p. 50 sqq.) docuit *ι* vocalem, si in syllaba sono non elata ante subsequentem vocalem esset, consonae (*i̯*) similem factam esse atque deinde *τi̯* in *σι* transiisse. Quam sententiam Brugmann IF. l. c. approbavit

atque hanc legem etiam tum valuisse, si *ι* accentum haberet, exemplis e lingua Homerica allatis et naturam accentuum Graecae linguae propriam respiciens contendit; multa tamen exempla legi ab eo amplificatae repugnant; v. Kretschmer KZ XXX 567; G. Meyer, Gr.³ 389 cfr. Hirt, Gr. Laut u. Formenlehre 139 [1]). In compluribus vocibus *τι* analogia servatum est, in nonnullis, quae postea ficta sunt quam *τι* iam non in *σι* transiit, *τι*, ut consentaneum est, suo loco mansit.

In nostrarum gentium dialectis *τι* : *σι* haud aliter usurpata sunt atque in Doric. sermonum monumentis (Cfr. exempla a Kretschmero l. c. p. 576 allata); formae titulorum recentium, quae a formis usitatis discrepant, Communi sermoni tribuendae sunt.

a) *τι* servatum est.

α) in III p. sg. et pl. verborum in *-μι* exeuntium atque in III p. pl. verborum in *-ω*, e. g. Epir. *[ἀ]φίητι* 1346,5; *δίδωτι* 1365,3; *τε[λευτάσ]ωντι* 1359,6; *ἀφίεν[τι...]* ibid. vs. 3; et totum restit. 1353,3; *τίθητι* I Magn. n. 32,6, 23. Semel *-σι* est in tit. admodum mutilo 1361,1 *ἀφίησ[ι]*. — Acarn. *φυλάσσοντι* IG. IX 1 n. 447,10 (II a. Chr. n. saeculi). *τίθητι* I Magn. n. 31. — Aetol. *δοκιμάζωντι* 1410,8; *δίδοντι* 1413,26 („falsch °ται“ Baunack, Index); *ὀφείλοντι* 1415,22; *ἀποπολιτεύωντι* ibid. vs. 16; *παραμενοῦντι* (Foucart: *παραμένουντι*) 1461 II 61; *ὑπάρχοντι* 1459,6; *συγχωρέωντι* Ἐφ. ἀρχ. XXIII n. 1,7; *πέμπωντι* ibid. vv. 27, 28; *ἀποστείλωντι* vs. 36; *ἔχοντι* ibid. n. 8 γ 8; *ἐπαγγέλλωντι* n. 8 γ 12; *δοκιμάζωντι* n. 8 γ 18; *ἄγοντι* I Magn. n. 28,2. Si in pacto inter Naupactoos et Ceos non ante a. 189 a. Chr. n. icto 1424,5 *μετέχουσιν* (III p. pl.) recte suppletum sit, quod mihi non persuasi, e Communi sermone haec forma irrepserit. Aliae huius modi formae leguntur in titulis, in quibus *κοινή* in locum antiquae dialecti successit, e. g. *ἐθίζουσι[ν]*

---

[1]) Kretschmer, KZ. XXX 565 sqq. exempla huius mutationis ex omnibus Graeciae dialectis elegit. Cfr. insuper G. Meyer, Gr.³ 386; Brugmann, Gr.³ 66; Brause, Kret. Dial. 180; Sadée. Dial. Boeot. 36 sqq.; Björkegren, Dial. Rhod. 74; Boisacq., Dial. Dor. 91 sqq.

Phthiot. IG. IX 2 n. 219,14 et restit. ibid. n. 220,11; *σταθέωσ[ι]ν* ibid. n. 66,12 etc.

β) In nominibus, quae suffixo *-τι-* formata sunt, in nostris titulis plerumque *-σι-* usurpatum est; in nonnullis tamen nominibus propriis *-τι-* servatum est analogia, ut videtur, similium nominum, quae post *τ* consonam non *ι* sed aliam vocalem exhibent, (in nonnullis *-τί-* accentum habet) e. g. *Σωτίωνος* Acarn. 1379,6; 1402,1; Aetol. 1425,2; *Σωτίων* Acarn. IG. IX 1 n. 530; *Σωτίωνα* Phthiot. IG. IX 2 n. 228,12; *Φοιτιᾶς* Acarn. IG. IX 1 n. 442,10; *'Εφ. ἀρχ.* XXIII n. 1,21, quacum nominis forma cfr. *Σώτωνος* Acarn. 1379,2; *Σώ[τ]ω[ν]* Aetol. 1420,6 (v. Bechtel-Fick, Gr. Prsnn.²). — *Στράτιος* Acarn. IG. IX 1 nn. 447, 448; *[Στρ]άτιος* Aenian. 1431 b 5; *Στρατίων* Acarn. 1384,1; IG. IX 1 n. 442,1 et IG. IX 2 n. 90,5, alias (v. Bechtel-Fick, Gr. Prsnn.² 255). — Nomen mensis *Γενετίου* Phthiot. 1461 I 74; *Γεν⁰* IG. IX 2 n. 206 II b 26 *τ* servavit ex analogia *γενέτας* cet. (Kretschmer, KZ. XXX 582); nomina hominum *[Σω]τίμας* gen. sg. Phthiot. 1448 a 11; *Σώτιμος* 1439,15; *Σώτι[μον]* Acarn. IG. IX 1 n. 484,3 ope substantivi *τιμά*, ad quod verbum posterior pars huius nominis referebatur, suum *τ* servaverunt iuxta numerosa nomina quae a *Σωσι-* incipiunt.

'Ακτίοι Acarn. 1379,1; *'Ακτίωι* 1380 a 1; [1380 c 1]; *['Α]κτίας χαῖρε* Acarn. IG. IX 1 n. 481; *Μενοιτίου* 1389,4. Nomen propr. *Ναυπάκτιος* 1415,36; 1425,2; *Ναυπακτίας* 1426,3; *[Ναυπάκτιοι, ⁰τίων]* 1424,5., 1, 6, 7. In nomine mensis *[Βου]κατίου* Phthiot. 1451 c 13 et in nomine gentis *Βουκατιεῖς* Aetol. 1428 i 9 bis; *Βουκατιεύς* 1428 i 8; cfr. cum his nominibus Boeotica nomina, quae *-ττ-* exhibent *Βουκάττει* 486,70; *Βουκάττιος* 487,3; *Βουκάττεις* 471; praeterea Kretschmer l. c. p. 582. *Μεγαλαρτίου* (nom. mensis) 1461 I 42; II 15. In antiquissimo, quod nobis servatum est, Aetolorum sermonis monumento *'Εφ. ἀρχ.* XXIII 1,17 nomen *Ποτειδανιέος*, quod apud Graecos Occidentales usitatum erat, legitur; in Phthiot. tit. 1463 (II a. Chr. n. saec.) Atticae et Communis dialecti forma *Ποσειδῶνι* invenitur (Buck, Gr. Dial. pp. 35, 54

et tab. I; G. Meyer, Gr.[3] 388). De nomine *'Αμφικτ[ίο-νες]* Aetol. I Magn. n. 91 d 7: *'Αμφικτύονες* nihil certi constat, cfr. supra § 11,3.

b) *τι > σι* factum est.

α) in nominibus, quae suffixo *-τι* ficta sunt: (Cfr. exempla, quae Kretschmer, l. c. 577 sqq. attulit) Epir. *ἔγκτασιν* 1339,13. — Acarn. *ἔγκτησιν* bis et bis restit.;[1]) *Ἔρωσις* 1391,1. — Aetol. *ἐγδικάσιος* 1411,14; *ποτιστάσιος* 1413,21 et restit. *ἔγκτησιν* 1424,4. — Aenian. *ἔγκτησιν* 1429 a 2; 1431 b 10; *[ἔνκτη]*[0] 1435,6; IG. IX 2 n. 8,16 et restit. n. 10 a 7. Phthiot. *ἔγκτησιν (ἔνκτ*[0]*)* ap. Coll. decies et bis restit.; IG. IX 2 quinquies reperitur; *ἀπόδεξιμ* 1440,7 = IG. IX 2 n. 62,7; *διανόησιν* 1461 II 19, 38, 44 et IG. IX 2 n. 102 a 4; *βάσιν* ibid. n. 66 a 14.

β) In nominibus, quae affixo *-ια*, *-ιο* e stirpibus in *τ* cadentibus formata sunt, e. g. Epir. *ἐκλησίαι* 1335,5; *ἐκκλ[ησ]ίαν* 1338,5. Ethnicum *[Τριπο]λίσιοι*, quod exemplum Kretschmer l. c. attulit, incertum est atque cum *Τριπόλισσοι, ἔθνος Θεσπρωτικόν*, qui a Steph. Byz. nominantur, comparari potest. — Acarn. *εὐεργεσίας* I Magn. n. 31,3. — Aetol. *δαμοσίαν* 1415,12; *θυσίαν* 1415,26; *θυσία* 1413,22; *θυσίας* 1413,6; *εὐεργεσίας* 1416,4 (= 1417,4); *εὐε[ρ-γεσίας]* IG. IX 1 n. 396,2; *[ἐκκλησίαι]* 1412,8. — Aenian. *ἐ[κκ]λησίας* 1435,3; *'Αρτεμι[σίου]* 1435,2 (Kretschmer, p. 583); *'Αφροδεισία* (nom. fem.) IG. IX 2 n. 13,11 (inferioris aetatis). — Phthiot. *ἐκκλησίαι* 1459,2; *ἐ(κ)κλησίας* 1447,4; IG. IX 2 n. 132,2; n. 66 b 2; *'Αφροδεισία* 1451 b 24; 1469,2; IG. IX 2 n. 207 e 4; *['Αφρο]δεισίου* IG. IX 2 n. 78 b 1; *Μιλησίων* ibid. n. 90,29.

γ) Singula: *εἴκοσι* et *πεντεκόσιοι* et similia, quae Ion. Attici sermonis propria erant, in nostrarum gentium titu-

---

[1]) *Ἀγησίστρατος* 1389,8. *Σωσικράτης* similia, quae Kretschmer et G. Meyer l. c. numeraverunt ad stirpem aoristi temporis *ἀγησ-*, *σωσ-* referenda esse mihi videntur. Cfr. Brugmann, Gr.[3] 169 et supra § 2,1 a.

lis inveniuntur, cfr. § 45. Praepositio *ποτί* in nostris dialectis usitata erat: bis in Epir. duodecies in Aetol., *προσ-* in compositis apud omnes gentes in usu erat.

2. Lat. *-ti-* in nostris titulis — ut in monumentis ceterorum Graecorum — *-τι-* respondet: *Βηστία* ... *Ἀτρατῖνον* Aenian. IG. IX 2 n. 39,2; *Τίτος Κοΐγκτιος* ibid. n. 89 b 16; *Λοτάτιος* n. 89 a 12; *Κομετίωι* n. 89 a 10; *Τερτία* (nom. fem.) n. 13,14; *[Ὁσ]τίλιος* n. 89 a 8; *(Σ)τατιλιηνός* n. 89 a 11; *Δομετίου* IG. IX 1 n. 483,3.

3. $\delta + h : t + h = \vartheta$. Pro *οὐδείς*, *μηδείς* cet. in variis Graeciae regionibus, *οὐθείς*, *μηθείς*, similia paulatim usurpari coepta sunt, Brugmann, Gr.³ 146; G. Meyer, Gr.³ 290. Quod, quo tempore in singulis Graeciae partibus factum sit, cum maximi sit momenti cognoscere, exempla nostrorum titulorum afferam: Epir. *μηθένα* 1348,4. — Aetol. *μηθένα* 1409,9; 1410,2 (III a. Chr. n. saeculi); 1411,9; 1413,19; 1424,6 (II a. Chr. n. saeculi); *μηθέν* 1410,4; *μηθαμόθεν* 1410,3 *οὐθέν* 1413,4 — Quater *δ* est: *μηδαμόθεν* 1411,10, ubi in antecedente versu *μηθένα* est, et *Ἐφ. ἀρχ.* XXIII n. 8 γ. vs. 14; in eodem titulo *μηθενί*, *μηθένα* vv. 12, 14 reperiuntur. IG. IX 1 n. 412,2 *μηδε[νὶ μη]δέν*, qui titulus Communis sermonis formas exhibet. — Aenian. *οὐθέν* 1431 b 8; IG. IX 2 n. 8,10; *[οὐ]θέν* ibid. n. 10 a 5 (II a. Chr. n. saeculi); *ο[ὐ]θέν* ibid. n. 11,32 (epistula Thess. urbis). — Phthiot. *οὐθέν* 1447,9 (II a. Chr. n. saeculi); IG. IX 2 *οὐθέν* n. 219,5 (II, ut videtur, a. Chr. n. saeculi) et n. 223,4, qui eiusdem vel antiquoris est aetatis. Iniuria, si quid video, *οὐδέν* in tit. 220,1 suppletum est, qui tit. II saeculo vix vetustior, ad n. 219 a Wilamowitzio restitutus est. Semel *δ* invenitur in n. 106,1 *οὐδένα*, qui tit. multa posterioris sermonis propria exhibet, cfr. Schweizer, Pergam. Inschr. 113, qui in recentissimis Pergam. tit. *δ* rursus usurpari coeptum esse ostendit. — Antiquissima exempla tenuis aspiratae *-θ-* pro dentali media *-δ-* usurpatae Attici tituli nobis praebent (ab anno fere 378 a. Chr. n., Meisterhans-Schwyzer, Gr. d. Att. Inschr. 104 sqq. 258; Kretschmer, Vasen. 152 sqq,). Eiusdem fere

aetatis sunt, quae leguntur in Rhod. et Epidaur. titulis (Björkegren, Dial. Rhod. 76.), recentiora sunt, quae in Cret., Pergam., Magn. sermonum monumentis reperiuntur (Schweizer p. 112 sqq.; Nachmansson, Magn. Inschr. 77). Licet in nostris titulis -ϑ- ab exeunte III a. Chr. n. saeculo usurpatum sit neque in titulis, qui hac aetate priores sunt, huius rei exempla reperiantur, -ϑ- ex Attica lingua adscitum esse putaverim, cum vicini Locri V a. Chr. n. saeculo forma *μηδέν* in lege de colonia Naupactum mittenda (1478,$_{10}$), Phocenses iuxta *μηϑείς*, *μηϑέν* etiam formis *μηδείς* (1555, d $_{19}$; f $_{10}$); *μηδένα* 1555 d $_{19}$; f $_{12}$) usi sint.

4. Aspirata loco tenuis est: *ἀνεϑέϑη* Acarn. Mitt. XXVII p. 336 n. 9, qua de re v. G. Meyer, Gr.[3] 282; (idem Gr.[2] 291 huiusmodi formas primigenitas esse contendit; quod Kretschmer, Vasen. 152 exemplis *Ἀνϑίλοχος*, *Νιχάρχων* allatis iure reiecit); alia exempla Meisterhans-Schwyzer, Gr. d. att. Inschr.[3] 102; Dittenberger, Sylloge[2] III p. 228 elegerunt. — In cognomine Apollinis dei et in vocibus inde derivatis iam tenuis -τ-, iam aspirata -ϑ- posita est (Kretschmer, KZ. XXX 583). Nostri tituli semper -ϑ- habent: *Πυϑίωνος* Acarn. 1386,$_{1}$; *ἰσοπύ-* Aetol. 1413,$_{9}$, $_{15}$; *Πυϑίωνος* 1461 II $_{34}$; *Πυϑίων* I Magn. n. 91 d $_{5}$; *ἰσοπύϑιον* ibid. n. 31,$_{21}$.

Adn. -στ-, quod in antiquissimis titulis Locr., El., Delph., Phoc. pro -σϑ- saepe positum est neque abest a recentibus Boeot., Thess., Messen., aliorum sermonum monumentis, in nostris titulis non invenitur. V. Brugmann. Gr.[3] 106, ubi plures enumerati sunt; G. Meyer, Gr.[3] 352; Solmsen, Beiträge, 106; Thumb, Handb. 190, 196.

§ 29. Spirantes.

1. *h.* In antiquissimo nostrarum dialectorum monumento IG. IX 1 n. 442 (ineuntis IV a. Chr. n. saeculi) vs. $_{10}$ HYIO≶ spiritus asper suo proprio signo H expressus est; in posterioris aetatis titulis, quamvis illud signum spiritus non inveniatur, tamen aspiratae *χ φ ϑ*

pro tenuibus κ π τ cum spiritu sequentis vocis coniunctis reperiuntur. Quae signa spiritus asperi cum ne in recentissimis quidem titulis umquam fere omissa, umquam mendose addita sint, *h*-sonum antiquissimis saltem temporibus pronuntiatum auditumque esse contenderim.[1] Qua in re nostrae gentes morem Doriensium et Atticorum secutae sunt. Exempla: Epir. *ἀφῆκε* 1349,3; 1350,4; 1352,3; 1357,3: *[ἀφῆκ]εν* 1348,2; *ἀφίεν[τι...]* 1359,3 et [1353,3]; *ἀφίησ[ι]* 1361,1; *[ἀ]φίητι* 1346,5; *ἀφικομένων* 1340,3; *ἐφά-[πτηται]* 1348,5; *ἐφ[απτομ]ένων* 1348,7; *ποθόδωμα* 1339,5; *[ποθόδ]ο* 1338,4. I Magn. *καθώς* n. 32,46; *καθίστασθαι* ibid. vs. 26. — Acarn. I Magn. *καθώς* n. 31,37; *καθ'ὅ* ibid. vs. 15. In decretis foederis Acarn. medio II a. Chr. n. saec. in lapide incisis 1380 a 1, c 1 *ἐπ ιεραπόλου* omisso spiritu aspero scriptum est, (cfr. IG. IX 1 nn. 513,1; 515,1) sed cum

---

[1]) Eiusmodi exempla, in quibus spiritus asper aut omissus aut falso loco positus est, e titulis elegerunt: Schweizer, Pergam. Inschr. 116 sqq.; Nachmansson, Magn. Inschr. 84; Mayser, Gr. d. Gr. Pap. 199 sqq.; G. Meyer, Gr.[3] 328; Thumb, Spir. asp. 70, alii. — Kretschmer, Entstehung, 21 paucis exemplis (*ἐφέτος, μεθαύριον, ἀφοκράζομαι, ἀφοκροῦμαι = ἐπακροῶμαι*) e Graeca lingua nostrae aetatis allatis demonstrabat *h*-sonum e Communi sermone non solum non disparuisse, sed etiam e simillimis vocibus ad eas voces, ut *ἔτος, ἐνιαυτός, ἴδιος, ἴσος*, cet., in quibus primitus non erat, additum esse. Quam si approbamus sententiam, quando et quo modo spiritus asper e Graeca lingua evanuerit, non possumus explicare. Nam exceptis paucis illis exemplis *ἐφέτος, μεθαύριον* cet., in quibus multo post, quam ipse *h*-sonus conticuit, aspiratae in locum tenuium successerunt (Schweizer l. c. p. 120), spiritus asper nostra aetate a Graecis non pronuntiatur, suo tamen exprimitur signo ᶜ. Haec nota aspirationis supra ο litteram in media voce *παροδεῖτα* (5) posita est in tit. Phthiot. IG. IX 2 n. 185,5, qui litteris ornatis inferioris aetatis incisus est, quamquam *h*-sonus multo antea in mediis vocibus conticuerat. Postquam *h*-sonus in quotidiano sermone iam non viguit, facile signum eius a lapicidis, cum antiquam scribendi rationem servare studebant, iam suo loco omissum est, iam alieno positum. Haud aliter in quibusdam Sueticae linguae dialectis (v. Hultman, De östsvenska dialekterna Helsingforsiae 1894, §§ 43, 45) hodie *h*-sonus in quotidiano sermone omittitur, sed ad eas voces, quae *h* non habent, interdum additur, cum lingua litteris exculta loqui conantur.

in decretis eiusdem aetatis 1379,1 et IG. IX 1 n. 517,1 *ἐπὶ ιεραπόλου* legatur neque plura huius rei exempla reperiantur, certe diiucare non audeo, utrum in monumentis sermonis Acarnanum in voce *ιερός: ιαρός* spiritus asper ponendus sit necne, quippe cum in Doricis dialectis *ἱαρ-: ἰαρ-* alterum iuxta alterum promiscue usurpata sint (Thumb, l. c. p. 98, 99), neque spiritus asper huius vocis ab Ieur. lingua traditus sed postea in Graeca lingua additus sit (Brugmann, Gr.[3] 122; G. Meyer, Gr.[3] 327, 158; Boisacq Dictionn. Etym.). Si recte *ἐπ ἰεραπόλου* scriptum est, psilosis ab antiquissimis temporibus in hac dicendi formula resedit, nam, ut paulo supra dixi, spiritus asper in nostris dialectis, ut in Attica, usque ad recentissimam aetatem servatus est. Eiusdem rei exempla e titulis Rhod. Björkegren p. 81 attulit. — Etiam ad vocem *ἵππος* *h*-sonus in omnibus Graecae linguae dialectis postea additus est, e. g. *ἐφ' ἵππου* Aetol. 1413,13; contra secunda pars nominum cum hac voce compositorum ubique, quantum ego comperi (cfr. Thumb l. c. p. 100; Schweizer, Pergam. Inschr. 120; Björkegren, Dial. Rhod. 81), spiritu aspero caret. Exempla nostrarum dialectorum: *Ἀρίστιππον* Acarn. IG. IX 1 n. 444,2; Phthiot. *Νίκιππος* 1445,10; *[Σ]τράτιππος* IG. IX 2 n. 211; *Ἄστιππος* ibid. n. 66 b 2; *Ἀ[ρίστι]π[πο]ς* ibid. n. 132,4. Nomen hominis *Ἀνθίππας*, quod est in tit. Aetol. IG. IX 1 n. 410. *Ἀνθ-* pro *Ἀντ-* fortasse ex analogia eorum nominum, quae ad *ἄνθος, ἄνθη* „flos" referuntur, scriptum est. — Aetol. *καθάπερ* 1413,17; *καθήκηι* vs. 22; *καθώς* sexies in tit. apud Coll. editis et I Magn. n. 91 c 8; *Ἐφ. ἀρχ.* XXIII n. 1,9, ibid. n. 8 *γ*, 11. — Aenian. *καθώς* 1432 b 6; *[ἀφικόμενο]ς* IG. IX 2 n. 11,18 (epist. Thess. urbis); *ἀφάντας* (an *Ἀφάντας*) nomen incertum atque novum IG. IX 2 n. 8,23. — Phthiot. *Ἐφαρμόστου* 1461 I 18; *Ἔφορος* ibid. vs. 45 et IG. IX 2 n. 133,4; *ἀφ[ηι]ρῆ-[σθαι]* IG. IX 2 n. 89 b 10; *καθώς* 1447,7 et IG. IX 2 nn. 219,6; 89 b 23, 29, 35. Exempla *μηθείς, οὐθείς* § 28,3 attuli.

Unum in nostris titulis repperi exemplum, ubi spiritus asper ex analogia, ut videtur, falso loco positus est: *καθ' ἰδίαν*, quod reperitur in tit. Phthiot. IG. IX 2 n. 66

a 3, circa a. 170 a. Chr. n. inciso; ubique alias haec vox, quae primitus *F* in initio habebat, a vocali *ι* incipit: *κατ' [ἰδίαν]* Phthiot. 1459,7; *[κατ' ἰ]δίαν* Aetol. I Magn. n. 91, c 7; *και' ἰδίαν* Phthiot. IG. IX 2 n. 132,7 et Aenian. ibid. n. 11. — De *[...καθ' αὐτοὺς] (?)* IG. IX 2 n. 89 b 8 v. p. 97.

2. *F.* De varia digammatis origine atque natura *(F = u̯; F = Fh)* atque quo tempore *F* e singulis Graecae linguae dialectis evanuisset, optime Thumb, IF. IX pp. 294—342 disseruit; ante eum Tudeer (De dialectorum Graecarum digammo testimonia inscriptionum, Helsingforsiae 1879) plurima exempla e titulis collegit totamque tractavit quaestionem. Cfr. praeterea quae Solmsen, KZ. XXXII 273 sqq. de eadem re egit. In nostrarum gentium titulis, qui perpaucis exceptis monumentis Ion. litteris in lapidibus exarati sunt, *F* omnino omissum est; in duobus nominibus propriis servatum est: Epir. *Fαττίδας* 1356,5; *Fεῖδυς* 1346,5; qua nominis forma Graeci blandientes utebantur pro *Εἰδομένης* (Thasi), *Εἰδόκριτος* (Deli) Fick, BCH. VII p. 108. In titulo Epir. 1347,7, qui ab eodem lapicida atque n. 1346 insculptus est, *F* neglectum est in initio substantivi appellativi *ἴδια*, quod etiam in ceteris Epir. titulis factum est, e. g. *ἰσοπολιτείαν* 1334,9 (IV a. Chr. n. saeculi); *ἕκτ(α)ι καὶ εἰκάδι* 1339,4—5 (III a. Chr. n. saeculi exeuntis); *οἰκίας* ibid. vs. 13; *οἰκόπεδον* 1365,10; *[οἶκον]* 1365,3. Huiusmodi vocum exempla, quae in titulis Acarnanum, Aetolorum, Aenianum, Phthiotarum reperiuntur, III a. Chr. n. saeculi aut recentioris aetatis sunt neque *F* usquam servaverunt, quare nova testimonia ad ea addere, quae Thumb l. c. p. 311 sqq. affert, supervacaneum erit. Unum tamen afferendum nomen proprium, quo demonstrem Aetolos eodem tempore, quo *F* (= spirans *υ*) in sermone Cretensium vigeret [1]), litteram *F* non cognovisse sed litteram *O* ad exprimendum *υ*-sonum adhibuisse: in decreto foederis Aetol.

---

[1]) E dialectis Cretae insulae *F* (= u̯ > *υ*) IV a. Chr. n. ad finem vergente evanescere coepit, III saeculo omnino disparuit, sed in initio nominum propriorum vel multo posteriore aetate in usu erat; cfr. Thumb l. c. pp. 306, 307, 335.

1412,$_5$, $_4$ qui ante a. 189 a. Chr. n. factum est, civis oppidi cuiusdam Cret. *Ὀάξιος*, (*Ὀαξίων* gen. pl.) nominatur, in posteriore parte eiusdem tituli, in libello Vaxiorum (BCH. VI 460), qui Cretica dialecto scriptus est, idem nomen a *F* incipit: *Fαξίων*. Etiam Lat. *ŭ* = *v* Graeci litteris *ο* et *ου* reddebant, v. §§ 6,$_3$ et 8,$_4$.

3. *σ*. Si *σ* ante consonas sonantes vel *μ* erat, ipsum sonans factum est. Quod e *ζ* pro *σ* scripto videre licet. In titulo Phthiot. 1440,$_2$ (a. 218/217) nomen *Ζμυρναία* legitur; in tit. Hypatae invento IG. IX 2n. 14 a $_6$ nomen hominis *Ζμάραγδος* reperitur; alias *σ* suo loco servatum est. [1])

σύν : *ξύν*. *ξύν*, quod Attici sermonis proprium, post annum 400 a. Chr. n. vix viguit, nusquam loco *σύν* in nostris titulis repperi. Cfr. Schweizer, Pergam. Inschr. 116 adn. 1, ubi plures afferuntur.

§ 30. Consonae simplices et geminae.

A. Consonae geminae simplices factae sunt.

1. Geminae consonae si ante subsequentes consonas erant, iam in communi lingua Ieur. atque in antiquissima Graeca lingua simplices factae sunt, Brugmann, Grundriss I^2 724, 808; Gr.^{3} 129 sqq. Quae pronuntiatio nonnumquam etiam in scriptis vocibus apparet. In tit. Epir. 1335,$_5$ *ἐκλησίαι* (IV a. Chr. n. saeculi); *ἐκλησίας* Phthiot. 1447,$_4$ (II a. Chr. n. saeculi), ubi Fick *ἐ(κ)κλ*^{0} scripsit, Kern IG. IX 2 n. 69,$_4$ iure, ut mihi videtur, lapidis scripturam non mutavit, nam *ἐκλησία* saepe cum in multis dialectis tum in Communi sermone reperitur, v. Nach-

[1]) Iam exeunte IV a. Chr. n. saeculo *ζ* pro *σ* est in Att. tit. Meisterhans-Schwyzer, Gr. d. Att. Inschr. 92; Boisacq, Dial. Dor. 101 sqq. *Πελάζγικον* Le Bas 122 (Alexandri aetate exar). — In nonnullis dialectis hoc *σ* = *z* postea in *ρ* transiit, Hoffmann, Gr. D. II 467; Thumb, Handb. 241; G. Meyer, Gr.^{3} 306 sqq. In nostris tit. huius rei exempla non reperiuntur.

mansson, Magn. Inschr. 92; G. Meyer, Gr.[3] 375; Dittenberger, Sylloge III 229; Schulze KZ. XXXIII 369. In ceteris nostrarum gentium titulis geminata *-κκ-* scripta est: *ἐκκλησίαι* Phthiot. 1459,2 (II a. Chr. saeculi); *ἐ[κκ]λησίας* Aenian. 1435,3 (IG. IX 2 n. 9,3 *ἐ[κ]λησίας*); restit. *[ἐκκλησίαι]* Aetol. 1412,8; in tit. IG. IX 2 editis n. 132,2; 66 b 2 (II saeculi). *Κοΐντος Τατιλιηνός (=(Σ)τατιλιηνός)* et *πρόσχωσιν* (coni. aor. II *προσέχω*) IG. IX 2 n. 89 a 11, 25 (aa. 150—146 a. Chr. n. exar.).

2. Inter vocales positae geminae consonae ab exeunte III a. Chr. n. saeculo in simplices reduci coeptae sunt.[1] Exempla:

a) *ππ > π:* Epir. *Φίλιπος* 1351,5; *Δρά-ιπος* ibid. vs. 6 quod novum nomen est, (v. Fick, BB. III 278), sed vs. 10 eiusdem tituli *Φίλιππο[ς]* est; *Φίλιπον* 1353,3. — Acarn. *Καλλίπωι* IG. IX 1 n. 442,4, Dittenberger *Καλλίπ[π]ῳ* scripsit. Cum hic titulus eo tempore, quo Stratii Ionica litteratura uti incipiebant (ineunte IV a. Chr. n. saec.), incisus sit, *π* pro *ππ* scriptum esse, geminatum *(ππ)* pronuntiatum putaveris. — Phthiot. 1461, II 67 = IG. IX 2 n. 109 b (II a. Chr. n. saeculi) *Μελανίπας* in lapide exaratum est. IG. IX 2 n. 206 III b 5 nomen manumissoris cuiusdam *Γενίπου* invenitur, quocum cfr. *Γενν[ίππ]ου* IG. IX 2 n. 1108,4.

b) *σσ > σ:* In tit. Epir. 1347,13 nomen gentis *Μολοσοί* legitur, cum frequentissime -σσ- (Att. -ττ-) in hoc nomine

---

[1]) Antiquissima Graecae linguae aetate, ut in sermonibus Ind. et Ital., geminatae plerumque singulis reddebantur litteris, duplices tamen pronuntiabantur, Brugmann, Gr.[3] 130; G. Meyer, Gr.[3] 374. Postea geminatae binis, simplices singulis litteris exprimebantur, dum iterum varia apud varias Graeciae gentes aetate (in Attide IV, in papyris II a. Chr. n. saec., in tit. Magnesiae circa a. 200 a. Chr. n., in tit. Pergam. imperatorum Rom. aetate) simplices in locum geminatarum succedere coeperunt. Ex qua scribendi consuetudine concluseris geminam consonam ad posteriorem syllabam allatam esse eodemque modo pronuntiatam esse, quo nunc a Graecis pronuntiatur.

nobis occurat, v. Baunack. Index. IG. IX 1 n. 493,1 (litt. ΑΟΣ) nomen *Κασάνδρου* est, quocum cfr. *Κάσσανδρος* IG. IX 2 n. 206 I a 15, v. Bechtel-Fick, Gr. Prsnn.[2] 160.

c) *λλ > λ:* Nomen dei Apollinis semel habet formam *Ἀπόλωνος Ἐφ. ἀρχ.* XXIII n. 2,9, nescio an errore lapicidae, quippe cum etiam in verbo *διατίχισμα*, quod vs. 5 eiusdem tituli legitur, littera *ε* ab eo omissa esse videatur (cfr. § 10 2 b), neque hoc nomen dei aut ea nomina hominum, quae inde formata sunt, usquam in nostris titulis *-λ-* pro *-λλ-* habeant, v. Baunack, Index; Hiller, Indices. *Καλαίσχρου* Acarn. Mitt. XXVII p. 338 n. 23: *Καλλαίσχρου* 1387,1. *Καλ-* ad adiectivum *καλός*, *καλλ-* ad substantivum *κάλλος* referunt (Bechtel-Fick, Gr. Prsnn.[2] 157 sqq.); fortasse prior pars huius nominis a Graecis cum adiectivo *καλός* facillime coniungebatur, cum posterior pars *αἰσχρός* adiectivum esset contrariae significationis. Cetera nomina propria *Καλλ-* in priore membro habent, cfr. Baunack, Index; Hiller, Indices.

d) *ρρ > ρ:* Phthiot. 1461 II 48 = IG. IX 2 n. 109 b 48 in lapide *Πυρίνου* exaratum est spatio inter litteras *υ* et *ρ* relicto, quare ex nomine *Πυρρίνου*, quod ibid. vs. 51 legitur, etiam vs. 48 *[Π]υ(ρ)ρίνου* scribendum est.

e) Geminae consonae *λλ*, *ρρ*, *μμ*, *νν* in simplices reductae sunt atque antecedentes breves vocales iam productae iam breves servatae sunt. Cuius rei exempla supra §§ 2,1 c *β*; 5,1; 8,1 attuli.

f) Praeter ea exempla *-σ-* pro *-σσ-* scripti, quae paulo supra in mom. b) attuli, quaedam vocabula commemoranda sunt, in quibus *-σσ-*, quod ab Ieurop. lingua tradita est, et id *σσ*, quod e sonis Ieurop. *ts, ti̯,* evaserat, in *σ* reductum est, ut in Atticorum sermone, Brugmann, Gr.[3] 101, 119, 130; Buck, Gr. D. p. 66 et tab. II. Exempla: *ὅσα*, quod saepissime in omnium gentium titulis occurrit; *ἐξεδίκασαν* Aenian. 1432 b 2; dat. pl. *λιγυάχεσι* epigr. Acarn. Mitt. XXVII p, 339, n. 21,1 (II a. Chr. n. saeculi), *ἐννεάδεσσιν ... τρισί* ibid. p. 342 vs. 5, epico-

rum imitationi attribuendi sunt. — In ineunte voce *[σάμερον]* Epir. 1358,5; *[σα]*^{0} 1357,6, cui in Iade et Communi sermone *σήμερον*, in Attide *τήμερον* respondent, *σ-(τ-)* e *σσ* (<**k̂i̯*) in omnibus dialectis evasit. Cfr. § 2, 1 a.

B. Consonae simplices geminatae sunt.

1. *σ*, si ante consonas *κ*, *χ*, *τ*, *ϑ* in mediis vocibus stabat, in compluribus Graecae linguae dialectis facile geminatum est (G. Meyer, Gr.³ 304; Brugmann. Gr.³ 131, Nachmansson, Magn. Inschr. 93 et qui ab eo enumerati sunt). In nostris titulis *-σστ-* pro *-στ-* saepe scriptum est, *-σσχ-* pro *-σχ-* semel reperitur, *-σσκ-*, *-σσϑ-* pro *-σκ-*, *-σϑ-* non posita sunt. Epir. *Δοεσστός* 1350,4, (quocum nomine cfr. *Δυέσται* ap. Strab. 326); *προσστάτα* 1352,1 et 1356,8; *προσστατεύοντες* 1350,3 *ἐξέσστ[ω]* 1348,4 sed *προστατ-* sedecies in Epir. monumentis est, v. Baunack, Index. — In Acarnanum titulis *σσ* pro *σ* ante insequentem consonam non positum est. — Aetol. 1425,1 Boeckh *Ἀ[ρί]σ[στ]ωνος* supplevit, at incertior mihi videtur emendatio eius, nam in subsequente nomine *-στ-* est *Ἀριστωνύμου* nec non in eodem ipso nomine *Ἀρίσ[τω]νος* 1413,30 et in aliis similibus, ut *Ἀρίσταρχος* 1428 i 9; *Ἀριστάρχου* 1426,7. Neque ego 1425,5 lapidis scripturam *ΣΕΣΤΩ* *[(ἔσ)]στω* reddendum esse putaverim, sed Σ litteram, quippe quae E simillima esset atque etiam eam subsequeretur, mendose a lapicida, cum E insculpturus esset, exaratam esse; accedit quod in sequente vs. 6 eiusdem tituli *ἔστω* scriptum est. Contra in tit. 1415,33 (exeuntis III a. Chr. n. saeculi) certam lapidis scripturam *προσστάται* (Kern, IG. IX 2 n. 205,33 *προσ<σ>τάται*) servare velim, cum etiam aliae huiusmodi formae inveniantur (v. exempla Epir. tit.) atque *προ-στάτας*, alia facile cum simillimis compositis, quae in priore parte *προσ-* habebant cofunderentur.[1]) — *σσχ* : *σχ* in nomine Aetol. *Αἰσσχρίωνος* IG. IX 1 n. 419,1. — Aenian. *Ἀρισστέα* 1435,4, ubique alias *Ἀριστ-*

---

[1]) Vice versa *σ* pro *σσ* scriptum est in verbi forma *πρόσχωσιν*, v. mom. A 1 huius §.

est, v. Baunack, Index; Hiller, Indices IG. IX 2 p. 286 sqq. — In Phthiot. sermonis monumentis huius scribendi consuetudinis unum reperitur exemplum: *Ἀσστύμαχος Πυρρία* IG. IX 2 n. 153.

2. Consonae simplices, quae inter vocales erant, saepe geminatae sunt praecipue in eis nominibus hominum decurtatis, quibus Graeci blandientes utebantur. Cfr. Bechtel-Fick, Gr. Prsnn.[2] 16, 21, 30 sqq.; Brugmann, Gr.[3] 131, 221; Solmsen, Rhein. Mus. LIII 139, Untersuchungen 165 adn. Exempla:

a) *κκ : κ: Ἀνδρόκκας* Epir. 1351,4 = *Ἀνδροκράτης*; sed *Ἄνδροκος* 1349,9, pro quo etiam *Ἄνδροκκος* invenitur, Bechtel-Fick p. 18 ad *Ἀνδροκλῆς?* rettulerunt. *Δικκώ* nom. feminae Acarn. 1381,1, Bechtel-Fick, p. 30. *Μίκκος* Aetol. 1425,7 et Phthiot. IG. IX 2 n. 90,21, quorum ille *M.* testis manumissionis Naupact., hic. *M.* civis ab alia quadam civitate a Narthaciensibus proxenia ornatus erat. *Μίκκα* nomen libertae Lam. IG. IX 2 n. 77,3; *Μικκίων* ibid. n. 91 b II, 53 et Aenian. n. 6 a 6; *Μικκίωνος* (gen. sg.) Aenian. IG. IX 2 nn. 13,10; 14 a 8. Adi. *μίκκος* (<**μικνος* cfr. *μικύς*) in Doricis dialectis usurpabatur; nomina propria eiusdem stirpis etiam apud Boeotos et Thessalos cognita erant, v. G. Meyer, Gr.[3] 363; Brugmann, Gr.[3] 67; Bechtel-Fick, 30.

b) *λλ : λ: Τελλίας* Acarn. 1386,1; *Κύλλου* Aenian. IG. IX 2 n. 15,47 ibid. n. 44,3; *Κύλλος* ibid. n. 24,4; *Κύλλου* 1461, I 7, semel *-λ- Κύλου* 1440,14. Pape-Benseler Wörterb. „*Κύλλος* = „krumm", nomen Thess., Arcad.; *Μεγίλλου* 1443,2 (in lapide ^{0}*ΛΑΟΥ* est, quod etiam IG. IX 2 n. 83,2 emendatum est). *Φίλλιος* Epir. 1358,8; *Φιλλίας* Acarn. IG. IX 1 n. 446,4; *Σωσίλλ[ας]* 1382,3 = IG. IX 1 n. 451; *Σωσύλλα* nomen libertae Phthiot. IG. IX 2 n. 133,10; sed IG. IX 2 n. 109 b 47, et n. 14 a 14 idem nomen unum *λ* habet; haud aliter nomina virorum *Σωσύλος* 1448,5 et 6; *Σωσύ[λ]ου* IG. IX 2 n. 30,6. Semel in nomine gentis Epir. *Μολοσσοί*, quod frequenter in tit. invenitur, *λλ* pro *λ* est *Μολλοσσῶν* 1351,4, ubi mendum lapicidae fortasse

latet; attendendum tamen est in hoc ipso titulo consonas geminatas et simplices compluries permutatas esse: *Δρώιπος, Φίλιπος.*

Adn. *ἀνγγέλλον* (gen. pl.) Phthiot. IG. IX 2 n. 232,47, qui tit. II *post* Chr. n. in auro incisus est.

c) *μμ : μ:* Nomina, quae ad vocem *σιμός* referuntur, saepe geminatum -*μμ*- habent, praecipue in Thess. titulis, Bechtel-Fick, Gr. Prsnn.[2] 251. Nostri tituli plerumque -*μ*- praebent: Epir. *Σιμίαι* 1334,11; *Σιμίας* 1359,11; Acarn *Σῖμος Πετάλου* IG. IX 1 n. 446,6, *Σίμαιθος* ibid. vs. 12; *Σιμάδος* Mitt. XXVII p. 338 n. 20. Aetol. *Σίμα* 1428 a 1; Phthiot. *Σιμάδα* 1461 II 9, 26; *Σίμωνος* 1451 b 32; *Σ...ιος* 1446,6 et in tit. IG. IX 2 nn. 206 II b 8; 206 I a 4; 67 a 4; 1321,35; 206 I a 12 sed n. 60,4 *Σιμμίας Θέσσαλος*, n. 90,18 *Σιμμίας* proxenia ornatus. *Τελέμμου* (gen. sg.) Aetol. IG. IX 1 n. 430,4 est nomen „decurtatum".

d) *νν : ν:* *Ἀρίστωννος* Acarn. Mitt. XXVII p. 337 n. 15, plura exempla consonarum praeter morem geminatarum apud Dittenb. Syll.[2] III 229 reperias. Cum nominibus Acarn. *Μεννέας* 1403,2; *Μεννείας* 1400,3; *[Β]ούπλα[γ]ος Μεννεία Μακεδών* Phthiot. IG. IX 2 n. 174, cfr. *Μένης, Μενέας*, cet. ap. Bechtel-Fick p. 31; cum *Μύνιν, Μύνιος* (gen. sg.), quo nomine locus quidam Meliteae appellabatur, nomen hominis *Μυννίων* Aenian. 1435,11 et *Μυ[(νν)]ίων* (in nummo) 1434 comparari possunt. In tit. IG. IX 1 n. 446,13 (III ut videtur a. Chr. n. saeculi) civis Acarn. *Ξένν[ι]ς Σίρωνος* nominatus est; ea nomina decurtata, quae in Epir. tit. 1351,3, 7 leguntur *Ξένυς, Κραῖνυς* (quod novum nomen est) simplex *ν* habent, nec non in hoc ipso Acarn. titulo iuxta illa *Ξέννις, Φίλλιας* vs. 4, *Σῖμος Πετάλου* (pro -*μμ*-, -*ττ*-(*θ*-) vs. 6 scriptum est.

e) *σσ : σ.* In nomine Larisae oppidi et in nomine incolarum eius omnes fere nostri tituli -*σ*- habent: Epir. 1351,8; Phthiot. 1449,1; 1459,5; 1458,2: IG. IX 2 nn. 11,10; 33,2; 60,5; 89,2; 107,4. In tit. 1446,5 Fick mendose -*σσ*- posuit, Kern IG. IX 2 n. 67,5 ex lapide *Λ[α]ρισαί[ω]ι* scripsit (°*οι* scribere oportuit, v. p. 74); tit. 1444,5 Fick

Λα[ρι]σσ[αίωι] restituit, Kern IG. IX 2 n. 65,5 totam vocem iure omisit. Semel certe -σσ- est: *Λαρισσέοις* Aenian. IG. IX 2 n. 6 c 3, qua de forma v. § 12,2 adn.

C. Seriei sonorum σσ:ττ et ρσ:ρρ.

1. *σσ:ττ (<κι̯, χι̯, τι̯, θι̯, τF).* In nostris titulis plerumque -σσ- invenitur, quod plurimarum dialectorum atque Communis sermonis proprium erat:[1]) Epir. In nomine gentis *Μολοσσοί* semper -σσ- (-σ-) positum est, v. B huius §; *[Τέσσ]αρα (σσ<*τF)* 1347,8. — Acarn. *θάλασσαν* 1380 a 13 (II a. Chr. n. saeculi) ex qua forma 1380 a 11 *°[σσαν]*, 1380 b 9 *[θάλασσαν...]* restitutum est. *[Λα]άνασσα* 1403,1; *φυλάσσοντι* IG. IX 1 n. 447,11; *[θ]άλασσαν* ibid. n. 484,7 (III a. Chr. n. saec.); *δισσά* ibid. n. 489,3. — Aetol. *ἀναπράσσειν* 1411,13; *ἀν[απράσσειν]* 1424,8; *[ἀναπράσσ]οντα* 1410,6; *διαπρασσόμενο[ς]* 1413,3; *διαφυλάσσειν* 1410,1; 1411,7; 1424,2; *φυλάσσει* 1425,8; *βασίλισσαν*[2]) 1413,11; in tit. *Ἐφ. ἀρχ.* XXIII editis, qui III a. Chr. n. saeculi sunt: *θάλασσαν* n. 1,4, n. 2,6; *διαφυλάσσειν* n. 8 γ, 10, *θάλασσαν* ibid. vs. 15, *ἀναπράσσειν* vs. 16, *ἐκπράσσοντας* vs. 19; *βασίλισσαν* n. 9 ter invenitur. — Aenian. *τεσσαράκοντα* IG. IX 2 n. 56,8, qui tit. inferioris est aetatis. — In Phthiot. tit. est *θάλασσαν* saepe, v. Baunack, Index, Hiller Indices. Nomina Thessaliae et Thessalorum in Phthiotarum titulis semper Θεσσ- exhibent: 1444,2 et partim restit. 1446,1; 1447,2; IG. IX 2 nn. 103,7; 60,4; 89 a 14; 89 b 15.

-ττ-: In Epirotarum (et Acarnanum?) titulis *-ττ-* numquam in locum -σσ- successit; in Aetolorum, Aenianum, Phthiotarum sermonum monumentis iuxta usitatum -σσ- aliquoties *-ττ- (-τθ-)* positum est, quod Att. Boeot. sermonum proprium erat, et ab antiquissimis temporibus in nonnullis Thessaliae regionibus usurpabatur. Ad -σσ- in

---

[1]) V. Kretschmer, Entstehung, 26 sqq.; Buck, Gr. D. 65; Thumb Hellenismus 77; Brugmann Gr.³ 98; G. Meyer, Gr.³ 367; Meisterhans-Schwyzer, Gr. d. Att. Inschr.³ 101; Schweizer, Pergam. Inschr. 125 sqq.

[2]) Cfr. quae de hac voce § 35 egi.

-ττ- mutandum in vocibus *θάλατταν*, quae legitur in tit. Aetol. 1410,3 (III a. Chr. n. saeculi) iuxta *διαφυλάσσειν* vs. 1, atque *φυλάττεσθαι*, quae forma in Aenian. tit. IG. IX 2 n. 32 Communi sermone scripto invenitur, Atticorum dialectum valuisse putaverim. Contra -ττ- (aut. Thess. -τθ-), quod in nonnullis nominibus propriis positum est, ab ea aetate traditum contenderim, qua vicinae Graeciae gentes, Boeoti, Thessali, Euboici -ττ- usurpabant. Cfr. Solmsen, Rhein. Mus. LIX, 489. Optime haec affirmantur nomine hominis *Πετθαλ[ός] Σιμμίαιος* Phthiot. IG. IX 2 n. 201 (stela sepulcr. Maced. aetatis), quod a nomine gentili *Θεσσαλός* (Ion. etc.), *Θετταλός* (Att.), *Πετθαλός* (Thessal.), *Φετταλός* (Boeot.) separari non potest. Haud raro enim Graeci (ut alii populi) gentilibus nominibus etiam singulos homines appellabant; exempla Bechtel-Fick, Gr. Prsnn.[2] 333 sqq. attulerunt.[1]) Accedit quod -ττ-, ut apud Thessalos, in -τθ- mutatum est, atque in initio huius nominis labialis π pro ceterorum Graecorum dentali τ est. Idem nomen, gemina consona -τθ- (-ττ-) in simplicem mutata scriptum est in tit. Acarn. IG. IX 1 n. 446,6 *Σῖμος Πετάλου* (cfr. supra in mom. B e huius §) atque partim suppletum in arbitrio Aetolorum IG. IX 2 n. 205,35 *[Πε]τάλου*, ubi Fick 1415,35 *[Ἀτ]τάλου* restituit; cfr. quae Kern l. c. adnotavit. Iuxta hanc antiquam, nominis formam et nomen singulorum hominum et nomen gentile semper *Θεσσαλός* erat, e. g. *[... σ]τρατηγοῦ τῶν Θεσσαλῶν Θεσσα[λοῦ τοῦ] Θρασυμήδεος Φεραίου* in tit. IG. IX 2 n. 89 a 6, et ibid. n. 206 I b. Porro -ττ- pro -σσ- positum est in adiectivo patronymico *[... Βα]ττακεία* Phthiot. IG. IX 2 n. 141 (II fere a. Chr. n. saeculi); cfr. quae Kern, Neue Jahrb. f. das klass. Altertertum VII 1904, 16 de hac dedicatione disputavit. Ad haec exempla nonnulla addere lubet nomina propria, quorum -ττ-, quamvis cuius sit originis certe diiudicari non pos-

---

[1]) In Fennica lingua frequentissima est haec consuetudo, e. g. Karjalainen (proprie „incola Carelius"), Ruotsalainen (i. e. origine Suecus), Savolainen, Venäläinen, cet.

sit, fortasse ad -σσ- referendum est: *Σπάττιος* Aetol. 1415,34 (ethnicum); *Ἑρμάττιος* 1415,35, quod ethnicum etiam apud Wescher-Foucart 178 nominatur (Fick, BB. VI, 313); *Σιττύρα* (gen. sg.) Aenian. 1431 b 3, 15 et restit. 1435,2, 11; 1431 a 7 fortasse cum *σισύρα*, *σίσυς* comparandum est. Nomen regis *Ἀττάλου* 1416,2 (= 1417,2), quod ubique, quantum ego comperi, hanc habet formam, alienae et quidem Asiaticae est originis, v. Kretschmer, Einleitung, 530.

2. ρρ usurpatum est in his nominibus: *Πύρρο[ς]* [1]) 1368,1. — Acarn. *Θυρρείου* (ethnicum) 1379,8 (circa a. 200 a. Chr. n. exar.); *Θυρρεῖς* I Magn. n. 31,46; *Θυρρείου* ibid. vs. 6; *Θυρρεί[ων]* IG. IX 1 n. 483,9 (I a. Chr. n. saeculi) et ibid. n. 484,2; *Θυρρείου* Mitt. XXVII p. 339 n. 21,3. — Aetol. In foedere inter Aetolos et Acarnanes circa a. 275 a. Chr. n. icto *Ἐφ. ἀρχ.* XXIII n. 1,21 *Θυρρείου* legitur; *Θυρρείων* ibid. n. 2,3. — Aenian. *Πυρρίου* IG. IX 2 n. 16,12; *Πυρρίας* ibid. n. 3 b 3. — In Phthiot. titulis nomen *Πυρρίας* his locis invenitur: 1447,4, 10; 1456 b 12 (III saec. ineuntis) IG. IX 2 n. 229,2 (litt. ΑΟΣ); ibid. n. 153 (litt. ΑΠΟΣ); ibid. n. 1321,12. *Πυρρίνου* 1461 II 51 bis, vs. 48 *Πυρίνου*, quod pro *Πυρρίνου* scriptum est (cfr. supra). *[Πυρ]ράκο[ν]* haud recte a Fickio 1456 b 19 restitutum est, cfr. IG. IX 2 n. 216,19. — -ρσ- in his servatum est: in ethn. *Ἀρσινοεύς* Aetol. 1428 i 4 et *Ἀρσινοέος* Phthiot. 1439,2; in nom. hom. *Ἀρσί[α?]* [2]) IG. IX 2 n. 145; *Θέρσανδρος* ibid. n. 1328,1. (litt. ΑΟΣ); *Θερσία* ibid. n. 90,25; *Θύρσου* 1461 II 33. Ex his exemplis, quamvis haud multa sint, concluserim -ρρ- (item atque -ττ-) ab antiquissimis temporibus in nostrarum gentium titulis traditum fuisse neque ex Attide postea irrepsisse, cum -ρρ- etiam in Arcad., El., Ther. dialectis inveniatur nec non in nominibus propriis Phoc. Boeot., Megar. (v. Solmsen, Rhein. Mus. LIX 489 sqq.; Buck, Gr. D. 64 sqq.).

---

[1]) De nominibus *Πυρρ-*, *Πυρρι-* exhibentibus v. Bechtel-Fick, Gr. Prsnn.[2] 247, Solmsen, Untersuchungen, 309.

[2]) Nomina, quae *Ἀρσι-*, *Ἀρρι-* habent Bechtel-Fick, Gr. Prsnn.[2] 71 ad *ἄρσαι* rettulerunt.

Utrum -ϱσ-, quod in nonnullis Phthiot. nominibus positum est, ex Aeolica dialecto, qua Phthiotae olim locuti esse videntur, resederit, an — quod potius crediderim — e Communi sermone, qui et -ϱσ- et -ϱϱ- agnovit, irrepserit, equidem diiudicare non audeo. Cfr. Kretschmer, Entstehung, 27; Thumb, Hellenismus, 77.

§ 31. Explosiva + consona.

Ante subsequentes consonas sonantes (*γ, δ, μ*) pro *κ* aliquoties *γ* scriptum est: Epir. *ἐγγό[νων]* 1348,9. — Acarn. *ἐγγό[νους]* IG. IX 1 n. 484,4 (III a. Chr. n. saec.). Aetol. *ἐγδικάσιος* 1411,14 (circa a. 200 a. Chr. n. exar.); *ἐγ Μελιτείας* 1415,30 (exeuntis III a. Chr. n. saec.); *ἐγ μὲν, ἐγ δὲ* *Ἐφ. ἀρχ.* XXIII n. 1,32. — Aenian. *ἐγγό[νοις]* IG. IX 2 n. 8,17 et restit. *[ἐγγ]όνοις* ibid. vs. 14 (litt. ΑΓ(Π)οΣ III fere a. Chr. n. saeculi sunt). — Phthiot. *ἐγγόνοις* 1447,12 (II a. Chr. n. saec.) et IG. IX 2 n. 219,10, qui tit. inferioris aetatis insignia praebet, (litt. ΑΓΟΣ). In antiquissimis Atticis titulis *ἔγγονος* usque ad annum a. Chr. n. 300 scriptum est, deinde *ἔκγονος* usitata forma erat, dum imperat. Rom. aetate illa scribendi ratio denuo usurpari coepta est. Meisterhans-Schwyzer, Gr. d. att. Inschr. 105 sqq. Cfr. insuper Nachmansson, Magn. Insshr. 98 sqq.; Schweizer, Pergam. Inschr. 126; G. Meyer Gr.[3] 361; Brugmann, Gr.[3] 128.

Plerumque apud nostros *ἐκ* etiam ante sonantes consonas in titulis III—II a. Chr. n. saec. vel recentioribus scribebatur: Epir. *ἐκγόνους* 1339,10; *[ἐκ]*[0] 1352,7; *ἐκγό[νων]* 1359,4; *ἐκ[γόνοις]* 1341,6; *ἐκ γενεᾶς* 1359,5 et restit. *[...ἐκ] γενεᾶς* 1334,16; *[ἐκ] γενεᾶ[ς]* 1348,3, sed *ἐγγό[νων]* vs. 9 eiusdem tituli est. *ἐκγόνους* I Magn. n. 32,43. — Acarn. *ἐκγόνους* 1379,18; *ἐκγόνοις* 1380 a 12 et bis restit.; *ἐκγόνους* IG. IX 1 n. 517,4. — Aetol. *ἐκγόνοις* *Ἐφ. ἀρχ.* XXIII n. 3,3 et n. 12,6. — Aenian. *ἔκγονον* 1438,5 et restit. 1429 a 2; 1435,6; *ἐκδικαζομέ[νοις]* 1432 a 10. — Phthiot. *ἐκγόνοις* in titulis 1439,7; 1440,9, 11; 1441,12; 1456 b 17; 1457 a 6; 1457 b 14;

1458,6; IG. IX 2 n. 60,5 positum est, qui omnes III a. Chr. n. saeculo in lapidibus insculpti sunt; haud aliter -*κγ*- exceptis illis duobus exemplis (1447,12, IG. IX 2 n. 219,10) etiam in recentioris aetatis monumentis positum est: 1445,6; 1459,9; et restit. 1444,8; 1446,9 *ἐκγόνοις* IG. IX 2 n. 132,9 et ibid. n. 107,6. Itaque si consonas -*γz*, -*κσ* praepositionis *ἐξ* quaelibet consona subsequebatur, *z*, *σ* disparuit, sin vocalis, hae consonae integrae servatae sunt. Semel in nostris titulis *ἐξ* quod ante vocales usitatum est, ante consonam invenitur: *ἐξ Λαρίσας* IG. IX 2 n. 60,5. Cfr. Buck, Gr. D. 77; Brugmann, Gr.[3] 147, 213.

§ 32. Nasalis + consona.

A. *ν* in exitu vocum.

1. *ν* + consonae labiales (*π*, *β*, *φ*, *μ*).

a) pro *ν* in exitu articuli et praepositionis *ἐν* in titulis III et II a. Chr. n. saeculorum nonnumquam *μ* scriptum est: Epir. *ἐμ Βουνίμαις* 1339,4; *[ἐ]μ πολέμωι* 1341,7. — Acarn. *τὰμ [πόλιν . . .]* IG. IX 1 n. 485 a 12; *ἐμ Μακεδονίαι* IG. IX 1 n. 516,7; *τὸμ πάντα* ibid. vs. 12. — Aetol. *ἐμ παντί* 1413,2; *ἐμ Πηρέοις* 1415,28, 30; *ἐμ μὲν Ἐφ. ἀρχ.* XXIII n. 1,14; *τὰμ βασιλείαν* 1413,5; *τὰμ ματέρα* 1413,12; *τὸμ μέν* 1413,9, 13, 15; *τὸμ πάντα* I Magn. n. 28,4 et *Ἐφ. ἀρχ.* XXIII n. 1,4, 24; *τὰμ Πραντίδα* ibid. vs. 8; *τὰμ βοάθοιαν* ibid. vv. 31, 35; *τὰμ πανοπλίαν* ibid. vs. 37. — Aenian. *ἐμ πᾶν* 1431 b 6; *ἐμ βουλαῖς* 1438,4; *τὰμ πόλιν* Kern, IG. IX 2 n. 7 a 10 recte ex lapide exscripsit. (Fick 1432 b 9 *τὰν πόλιν* posuit). *τὸμ πατέρα* IG. IX 2 n. 35,1 (litt. ΑΟΣ). — Phthiot. *τ[ὰ]μ πόλιν* 1440,3; *[τ]ῶμ προγόνων* 1440,5; *τὸμ πάντα* 1441,8; *τὸμ πάντα* IG. IX 2 n. 60,6; *τὴμ φιλίαν* ibid. n. 89 a 21; *ἐμ Μ[ελιτείαι]* vs. 32 eiusdem tituli; *ἐμ πάσαις* IG. IX 2 n. 103,6 (qui tit., quantum e dicendi consuetudine et specie litterarum ΑΠΟΣ concludi potest, I a. Chr. n. saeculo non est antiquior); *ἐμ πᾶν* IG. IX 2 n. 223,4 (qui litt. ΑΠοΟΣ(Σ) et pura dialecto scriptus est).

ν littera articuli et praepositionis *ἐν* in his titulis eiusdem vel recentioris aetatis ante consonas *π*, *β*, *φ*, *μ* scripta est: Epir. *τῶν Μολ[οσσῶν]* 1337,4 (prioris III a. Chr. n. saeculi partis). — Acarn. *τὰν πόλιν* I Magn. n. 31,18; *τὸν πάντα* IG. IX 1 n. 517,4. — Aetol. *ἐν Φισϑνοῖ* 1428 i 2; *τὰν φιλίαν* 1410,1; in titulis 1413 (aa. 179—172 a. Chr. n. exarato) et 1415 (exeuntis III a. Chr. n. saeculi) nullo discrimine facto iam -*μ* iam -*ν* scriptum est, cfr. exempla supra enumerata cum his: tit. 1413 *τᾶν πολίων* vs. 25; *τὰν ποτί* vs. 7; *τὰν μίαν* vs. 32; *τᾶν προξενιᾶ[ν...]* vs. 31; *τῶν Περγαμηνῶν* vs. 12; *τῶν [Περγαμηνῶ]ν* vs. 6; in tit. 1415 *τὰν παγάν* vs. 5; *τὰν Μύνιν* vs. 11; *τὰν Φυλιαδόνα* vs. 13; *τὸν πριάμενον* vs. 14; *τόν βουλευτάν* vs. 21; *τῶν Μελιταιέων* vs. 27. Porro -*ν* hisce locis positum est: *τῶν πολιτᾶν* 1409,6 (III a. Chr. n. saeculi); *τῶν φιλανϑρώπων* 1411,7 (II a. Chr. n. saeculi ineuntis) et recte, ut mihi videtur, suppletum est *[τὰν] περί* 1412,8; *[...τῶν φιλανϑρώπων...]* 1424,3; *ἐν τὰν πόλιν* I Magn. n. 91 c 7. — Aenian. In tit. 1432 b = IG. IX 2 n. 7 a, ubi vs. 9 (10) *τὰμ πόλιν* scriptum est vs. 6 *τᾶν πολίω[ν]* legitur. *τῶν πόλιος* 1432 b 11 delendum est, v. Baunack Index et IG. IX 2 n. 7 a 12. *τὸν μέγαν* 1438,4. — Phthiot. *τὰν πόλιν* 1450,2; *τὰν πύλαν* 1453,4; *τὰν πρώταν* 1461 I, 2; *[τὰν] πόλιν* 1441,4, *τῶν πολιτᾶν* 1447,8 cfr. *τόμ πάντα* 1441,8 et in mom. b) -*ν*: -*μ*, quare *[τὰμ]* vs. 4 supplendum est.

b) pro *ν* in exitu aliarum vocum *μ* scriptum est: Aetol. *τρίτομ μέρος Ἐφ. ἀρχ.* XXIII n. 1,31 (prioris III a. Chr. n. saeculi dimidii); in tit. Phthiot. IG. IX 2 n. 62 (= 1440 ap. Coll.) constanter -*ν* subsequenti labiali simile factum -*μ* littera expressum est: *ἰδίωμ ποιημάτων* vs. 5 (4); *ἀπόδεξιμ ποιουμένα* (Fick vs. 6 *ἀπόδεξι[ν]* supplevit) vs. 7; *αὐτὰμ πρό[ξενον]* vs. 7; quare vs. 4 *ἐπ[έ]ω[μ] πα[ρα]γ[ε]νομ[έ]να* (cfr. § 22 B 11) restituendum est. Hic titulus a. 218/17 a. Chr. n. in lapide exaratus est. Haudquaquam recte Kern, qui Wilhelmum secutus hunc titulum edidit, vs. 6 *Αἰτωλῶ[μ καὶ]* scripsit; ...*ῶ[ν καὶ]* scribere oportuit.

IG. IX 2 n. 63 (= 1441 ap. Coll.) *[...ἐ]πῶμ παραγενόμενο[ς]* vs. 3, sed: *αὐτὸν πρόξενον* vs. 6.

Plerumque tamen *ν* suo loco servatum est vel in eisdem titulis, in quibus articuli formae *τάμ, τόμ, τῶμ* et forma praepositionis *ἐμ* inveniuntur, e. g. Aetol. 1413 *ἰδίων πολιτᾶν* vs. 24; *ἐπιμέλειαν ποιήσασθαι* vs. 28; *ὑπάρχων φίλος* vs. 1. *ἐπιγαμίαν ποτ' Ἐφ. ἀρχ.* XXIII n. 1,9; *στρατάγων Βυνθάρου* ibid. vs. 20. Ex magno exemplorum numero haec affero. Acarn. *Ἀκαρνάνων προξένους* 1379,13; Aenian. *τὴν ἰδίαν μητέρα* IG. IX 2 n. 48,3; Phthiot. *χρόνον πλείω* 1447,6; *ταγῶν Φίλωνος* vs. 4; *ἀτέλειαν πάντων* 1456 a 5.

In his omnibus exemplis *ν* sonus ante labiales consonas = *μ* pronuntiatus est. Agitur solum de varia scribendi ratione: aut assimilatio *-μ* littera posita significata est aut servato *-ν* signo non expressa est. Quantum ex exemplis supra allatis videre licet, ea assimilatio *ν* soni, qui in formis articuli et praepositionis *ἐν* erat, multo saepius exprimebatur quam si *ν* in exitu ceterarum vocum erat. Quod procliticae naturae illarum vocularum haud inepte J. Schmidt, KZ. XXXVIII 7 sqq. attribuit; exemplis e titulis electis hanc sententiam affirmaverunt Cauer, Curt. Stud. VIII 294 sqq.; Meisterhans-Schwyzer, Gr. d. att. Inschr. 110; Nachmansson, Magn. Inschr. 100 sqq.; Mayser, Gr. d. Gr. Pap. 192 sqq.; Dittenberger, Sylloge² III 229; G. Meyer, Gr.³ 358; W. Schulze, Quaest. ep.² 222.

2. *ν* + consona gutturalis.

a) Praepositio *ἐν* et articuli formae, paucis exceptis exemplis, Epir. *τὸγ χρησμόν* I Magn. n. 32,10; *τὰγ χώραν* ibid. vs. 13 (III a. Chr. n. saec.); Phthiot. IG. IX 2 n. 89 a 10 (II a. Chr. n. saec.) *ἐγ Κομετίωι* (= *ἐν Κ⁰*), semper *ν* habent: Aetol. *ἐν Καλυδῶνι* 1415,31; *ἐν Κέ[ωι]* 1410,9; *τὸν Κερκινῆ* 1415,10; *τῶν Κείων* 1410,5; *τῶν κοινῶν* 1415,28; *τὸν γραμματῆ* 1413,33; *τὰν χώραν* 1411,5.

b) In exitu aliarum vocum pro *ν*, quod ante insequentes gutturales consonas = *ñ* pronuntiabatur paulo

saepius γ scriptum est. Aliquoties in titulis, qui eiusdem sunt aetatis, vel in eisdem monumentis et ν et γ alterum iuxta alterum reperias: Tit. Epir. I Magn. n. 32 γ constanter exhibet (cfr. mom. a)) *ἦγ καὶ* vs. 11: *Λευκοφρυηνὰγ καὶ* vs. 12; *ἱερὰγ καὶ* vs. 13; *ἀξίουγ καὶ* vs. 16; *δίκαιογ καθάπερ* vs. 32; *ἀγ (= ἀνὰ) Κόσσωι* 1365,6. — Acarn. *εἶμεγ καὶ* 1379,14 (paulo post a. 200 a. Chr. n. exar.); *Ἀκαρνάνωγ κατὰ* vs. 15; *ἀσφάλειαγ καὶ* vs. 19; *ἀσυλίαγ καὶ* vs. 20 — sed: *ἔγκτησιν καὶ* vs. 21. In tit. Acarn. IG. IX 1 n. 517 (medii II a. Chr. n. saec.) ν et γ in vicem posita sunt, vs. 5: *ἀτέλειαν καὶ ἐντέλειαν καὶ ἀσφάλειαγ καὶ ἀσυλίαν καὶ*, vs. 4 eiusdem tit. *Κορκυραῖον καὶ αὐτὸν καὶ* legitur. — Aetol. *ἄγ κα* 1410,8 (III a. Chr. n. saeculi) in quo titulo insequente vs. *ἐν Κέ[ωι]* scriptum est. *Ἐφ. ἀρχ.* XXIII n. 1 *μέγ κα* vs. 6; *ἴσογ καὶ* vs. 11; contra ν positum est in vocibus, quae non aeque arte atque illae *μέγ κα* cet. inter se coniunctae sunt: *ταμιευόντων Κυδρίωνος* ibid. vs. 18; *μέν χιλίοις* vs. 28; *πλειόνων χρείαν* vs. 29; *Ἀκαρνάνων καὶ* vs. 31. — In Aenianum titulis pro -ν nusquam γ scriptum est. — In Phthiot. tit. IG. IX 2 n. 89 a (medii II a. Chr. n. saeculi) *ἦγ χώ[ραν]* vs. 22; ibid. n. 107,9 *γᾶγ καὶ*, sed: *ἀσφάλειαν καὶ*, *[θάλ]ασσαν καὶ* vv. 8, 9 leguntur.

Ad ea exempla, in quibus ν ante insequentes consonas gutturales scriptum est, haec addidisse satis erit ad demonstrandum hanc scribendi consuetudinem III et II a. Chr. n. saeculis apud nostras gentes usitatam fuisse. Epir. *αὐτὸν καὶ* 1339,10, 1341,4; *αὐτὸν Γαῖον* 1339,9; *ἀτέλειαν καὶ ἐντέλειαν καὶ ἀσφάλειαν καὶ* ibid. vs. 11. — In tit. Acarn. 1380, qui eodem fere tempore incisus est quo ille n. 1379, semper ν est et in eisdem quidem vocibus inter se coniunctis, in quibus hic tit. γ habet: *εἶμεν καὶ* vs. 7; *Ἀκαρνάνων κατὰ* vs. 8; *ἀσφάλειαν καὶ* vs. 11; *γᾶν καὶ* vs. 13; *θάλασσαν καὶ* vs. 13; *ἔγκτησιν καὶ* vs. 14, quas ad formas exempla tit. 1380 b, c restituta sunt. Etiam in antiquissimo Acarn. tit. IG. IX 1 n. 442,5, 6 (IV a. Chr. saec. ineuntis) -ν est: *δόμεν καὶ προνομίαν καὶ*; porro huius rei exempla reperiuntur passim in tit. IG. IX 1 nn. 443—445; 483,9; 484,6 sqq.

(III a. Chr. n. saec.); 485; 489; 516; 517. — Aetol. *αὐτῶν καὶ, εἶμεν καὶ* 1411,5; *φιλίαν καὶ* vs. 6; *διαφυλάσσειν καὶ, πρότερον γεγονότα* vs. 7; *ἀσφάλειαν καὶ* vs. 11; *ἕνεκεν καὶ* 1416,4 (= 1417,4); 1418,2; 1413,14 cetera et in hoc eodem titulo et in aliis, qui eiusdem vel recentioris sunt aetatis (quam III a. Chr. n. saeculi). Numerosissima huius rei exempla, quae in titulis Phthiotarum et Aenianum inveniuntur, haud digna sunt, quae afferantur, cum illorum monumenta duobus exceptis exemplis, horum tituli semper *ν* litteram exhibeant.

3. Ante liquidam *λ* insequentis vocis in nostris titulis semper -*ν* scriptum est:[1]) *ἐν Λαμίᾳ* Phthiot. 1447,3; *τῶν Λαμιέων* 1440,2; et restituto articulo 1439,2; *τὸν λουτρ[ῶνα...]* Aenian. 1436,2.

4. Ante sibilantem *σ* littera -*ν* articuli et praepositionis *ἐν*, quam in Att. titulis *s*-sono admodum similem fuisse -*σ* pro -*ν* scriptum indicat (Meisterhans-Schwyzer, Gr. d. att. Inschr. 110; G. Meyer, Gr.[3] 356), in nostris titulis semper integra servata est, e. g. Aetol. *τὰν συμβολάν* 1415,12; *τὸν στραταγόν* 1410,5; 1413,28; 1411,13; *τῶν Σωτηρίων στατῆρες* 1415,26; *[τὰ]ν στάλαν* Phthiot. 1449,3; 1448 a 2. Praepositionis *ἐν* : *ἐνς* > *εἰς*, *ἐς* formae *ἐν* et *εἰς* in nostris titulis etiam ante consonas usurpabantur, *ἐς*, quod semel ante *τ* invenitur (Acarn. I Magn. n. 31), nusquam ante sequens *σ* positum est. Cfr. exempla § 5, 2 b; Brugmann, Gr.[3] 74, 138 sqq. G. Meyer, Gr.[3] 356.

B. *ν* in vocibus compositis.

1. Pro *ν* scriptum est *μ* ante insequentes labiales consonas (*π*, *β*, *φ*, *μ*): tricies semel in vocibus cum *ἐμ-* et *συμ-* compositis, Baunack, Index; Hiller, Indices et IG. IX 1 nn. 485,13; 487,6; 520,3; I Magn. n. 31,25; *Ἐφ. ἀρχ.*

---

[1]) Haec assimilatio consonarum rarissima in Graeca lingua est. G. Meyer, Gr.[3] 358; Cauer, Curt. Stud. VIII 295 sqq. pauca exempla: *ἐλ Λέσβῳ, ἐλ Λίνδῳ, τὸλ λόγον, τῶλ λογιστῶν* attulerunt.

XXIII nn. 8 γ 16; 1,27; insuper in vocibus ἄμμιγα epigr. Acarn. Mitt. XXVII p. 349,6; Ἑκατομβίου Phthiot. 1461 II 50.

In duobus compositis ante labiales est ν: συνφέροντι Phthiot. 1447,9 (II a. Chr. n. saeculi); ἄνπαλον Aetol. 1415,15 (III a. Chr. n. saeculi), quae forma vocis ad usitatas voces ἀνάπαλος, ἀναπάλλω referenda harum ope (ἀ)ν- servavisse videtur.

Licet in exarandis huiusmodi compositis lapicidae constanter fere phonetice, ut ita dicam, scripserint, in nonnullis vocibus compositis et simplicibus, cum etymologice scribere studuerunt, ν mendose pro μ posuerunt: ἐκπόνπας Aetol. 1413,22; λανβανόντω Aetol. 1415,27 (sed: ἐλάμβανον vs. 23 eiusdem tit.). Lat. nomen Σενπρ[ώ]νιον Aenian. IG. IX 2 n. 39,2 (I a. Chr. n. saec.); (Σεμπρώνιος Phthiot. IG. IX 2 n. 89 a 13); Ἀνφιλόχου Ἐρετριέως ibid. n. 110 b 6 et restit. n. 110 a 10, qui tit. variis litteris inferioris aetatis incisi sunt. Ex hac varia scribendi ratione, qua Graeci in consonis nasalibus ante insequentes alias sonsonas experimendis utebantur, concluseris eas infirme pronuntiatas esse; v. Kretschmer, Vasen. 165; Brugmann, Gr.³ 76 sqq.; G. Meyer, Gr.³ 398; plura huiusmodi exempla e titulis elegerunt Björkegren, Dial. Rhod. 84; Nachmansson, Magn. Inschr. 106.

Nasales ante alias consonas exiliter pronuntiatas esse optime ex eis titulorum testimoniis apparet, in quibus prorsus omissae sint. Cuius rei exempla frequentissime in Cypr. Pamph. titulis nobis occurrunt; reperiuntur etiam in papyris Aegypti, neque absunt a lapidibus vasculisque Atticorum (Hoffmann, Gr. Dial. I 211; Mayser, Gr. d. Pap. 190 sqq.; Meisterhans-Schwyzer, Gr. d. att. Inschr. 84; Kretschmer, Vasen. 161 sqq.). [1] In nostris titulis raro nasalis omissa est: Epir. Ἀτιόχου 1350,6, insequente vs. [Ἀν]τιόχου suppletum est; σύπω (= σύμπω) 1377,1. In titulo Dodonae reperto 1573, qui incertae est originis, ἐ πόλι scriptum est, Blass litteram μ errore a

[1] V. insuper G. Meyer, Gr.³ 381; Brugmann, Gr.³ 76; Schweizer, Pergam. Inschr. 122; Dieterich, Untersuchungen 111.

lapicida omissam esse contendit, cfr. tamen alia eiusdem generis: *ἐ Μαντινέαι* 1200,2 (Boeot.); *ἐ πάσιν* 492,10 (Orchom.); 719,18 (Theb.) etc.

Adn. *Εὐρυφάτου* Phthiot. IG. IX 2 n. 143,2 legitur. *Εὐρυφάντου* lapicidam scribere debuisse dixit Wilamowitz l. c., at iure Hiller (Indices) *Εὐρυφάτου* Homerico nomine *Ἀντιφάτης* defendi contendit. *-φαντης* ad *φαντός* „sichtbar", *-φατης* ad *φατός* „saglich", „genannt", „namhaft" referenda mihi videntur.

In tit. Aenian. IG. IX 2 n. 6 a 6 et c 4 inter testes proxeniae Hypataeus quidam *Λύκων Τορύββα* nominatus est, quo in nomine *-ββ* e *-μβ* exstitit,[1]) haud aliter atque in illo Dodonaeo exemplo *ἐ πόλι (= ἐμπόλι > *ἐππόλι)*. Huiusmodi exempla, in quibus nasalis subsequenti explosivae prorsus similis reddita est, rariora sunt in lingua Graeca, v. G. Meyer, Gr.[3] 360; Kretschmer, Vasen. 166.

2. Ante consonas gutturales *ν* scriptum est: Epir. *Ἀνξ*... 1357,2, quod initium nominis ignoti est. — Acarn. *προένγυοι* IG. IX 2 n. 442,7 (IV a. Chr. n. saec.); *ἐνγὺς ὁδοῖο* ibid. n. 521 (antiquissimae aetatis); *ἐν[κτησιν]* ibid. n. 516,13.

Aetol. *ΕΝΓΥΟΣ (?)* *Ἐφ. ἀρχ.* XXIII n. 12,10 (III a. Chr. n. saec.). — Aenian. *ἔνκτησιν* 1431 b 10; partim suppl. *ἔ[νκτη]σιν* 1435,6, Kern IG. IX 2 n. 9,6, hoc loco *ἔ[γκτη]σιν* scripsit; *ἐνκλήματος* 1432 b 10. — Phthiot. *ἔνγυοι* 1439,14; *ἔνγυος* sexies in tit. 1456 a 10; 1456 b 19; 1457 a 8; 1457 b 16; 1458,9; *ἔν[γυος]* 1446,10 est, in eisdem titulis *ἔνκτησιν* sexies scriptum est et insuper in tit. 1439,8; 1447,13. In titulis IG. IX 2 editis *ἔνκτησιν* n. 60,7; n. 66 b 3; n. 223,7; in titulis 66 b et 223 vv. 5, 9 *ἐγγυ-* invenitur. *ἐντυνχάνοντας* 1447,8; *ἐντυνχάνουσι* IG. IX 2 n. 219,5.

Saepe pro *ν* littera *γ* scripta est: Epir. *ἔγκτασιν* 1339,13. — Acarn. *ἔγκτησιν* 1379,21; 1380 a 14 et bis suppl. 1380

---

[1]) *Τορύμβας* nomen Thessali cuiusdam est apud Dion. Halic. (Pape-Benseler.)

c 11; 1380 b 10; ἔγκτησιν IG. IX 1 n. 517,5 (II a. Chr. n. saec.). — Aetol. ἔγγυος 1413,31; ἔγκλημα 1410,4; διεγγυάση 1413,20; ἔγγυος I Magn. n. 91 c 11 et Ἐφ. ἀρχ. XXIII nn. 3,7, 13,3; ἔγγυοι ibid. n. 8 b 2 et partim suppl. n. 10,13; συγχωρέωντι ibid. n. 1,7; 1424,4. — Aenian. ἔγγυοι 1430 b 4; 1431 b 14 et quinquies partim aut totum suppl.; ἔγκτησιν 1429 a 2 et IG. IX 2 nn. 3 a 2; 8,16; *[ἐγ]κόνιμα* 1436,2; *[... ἔγκτησιν ...]* ibid. n. 10 a 7; ἐγγυ- compluries in tit. IG. IX 2 n. 6; ibid. n. 8,21; n. 10 a 13. — Phthiot. ἔγγυος 1440,13; 1447,16; 1459,13 et bis partim suppl.; *[ἔγ-γυ]οι* 1444,10; ἔγκτησιν 1441,9; 1459,10; 1445,4; *ἔγ[κτη]σ[ιν]* 1440,8 (cfr. IG. IX 2 n. 62,9). In tit. IG. IX 2 editis ἐγγυ- his locis reperitur: nn. 66 b 5; 107,13; 132,13; 223,9; *ἔ[γ]-γυ[ος]* ibid. n. 60,19 suppletum est. ἔγκτησιν n. 107,8; n. 132,10. ἐντυγχάνουσι IG. IX 2 n. 66 a 3. In tit. IG. IX 2 n. 220,1 Wilamowitz, T littera quae in lapide exarata est, in Γ emendata, *ἐντυ[γ]χάνουσι* posuit; συγκλήτωι IG. IX 2 n. 89 a 9, b 4.

In tit. Phthiot. IG. IX 2 n. 232, qui II *post* Chr. n. exaratus est, ŋ-sonus litteris *-νγ-* redditus est: vs. 47 ἀνγγέλλον.

Lat. ŋ-sonum, qui in nominibus propriis *Mancinus, Quinctius* exstat, Phthiotae littera γ reddebant: Μαγκῖνος IG. IX 2 n. 89 a 8; Κοΐγκτιος ibid. n. 89 b 17.

3. Ante liquidam λ in compositis plerumque ν scriptum est: Aetol. ἐνλείπων 1413,4. — Aenian. ἐνλείπων 1431 b 8; IG. IX 2 n. 10,5. — Phthiot. ἐνλείπων 1447,9 et IG. IX 2 n. 223,4.

Pro *-νλ-* in recentibus titulis *-λλ-* invenitur: Aenian. IG. IX 2 n. 8,10 ἐλλείποντες;[1]) *ἐλ[λείπων]* ibid. n. 11,32, quae epistula Thess. urbis (II a. Chr. n. saeculi) inferioris aetatis insignia exhibet. In tit. IG. IX 2 nn. 219,5; 220,1 Communi fere sermone scriptis *[ἐλλεί]πων; [ἐλλείπων]* Wilamowitz restituit.

---

[1]) Hic titulus, quem II a. Chr. n. saeculo non recentiorem esse litterarum species (ΑΠοΣ), sermo, nomen Ἀγί<α>ς Τολμαίου vs. 22 indicant, etiam formas ἔγγυος, ἔγκτησιν, ἐγγύ[οις] exhibet.

De verbi formis *γίγνομαι*: *γίνομαι* in antecedentibus egi, § 10,1.

Restat, ut, quae de consona nasali ante subsequentem consonam in nostris titulis posita in antecedentibus dixi, breviter comprehendam: In exitu vocum assimilatio ante labiales saepissime significata est in formis articuli et praepositionis *ἐν;* ante insequentes gutturales nasalis omnino rarius assimilata est neque — ut ante labiales — in articulo et *ἐν*, immo in aliis vocibus quae sunt eius generis, ut artissime cum sequentibus vocibus coniunctae sint (pronomina, particulae, usitatae formulae dicendi); ante *λ* et *σ* semper in nostris titulis *ν* positum est.

Haud aliter atque in exeuntibus vocibus nasalis in vocibus compositis se habebat; cum consonae artissime inter se coniunctae erant, *ν* + labialis aut gutturalis litteris -*μβ*-, -*γγ*-, -*γκ*- saepissime reddebantur. Etiam. -*νλ*- > *λλ* et -*μβ*- > *ββ* factum est. Ante labiales -*μ*- tricies ter, -*ν*- bis positum est (et insuper aliquoties mendose in simplicibus vocibus); ante gutturales -*γ*- undequinquagies, *ν* duodetricies scriptum est. Contra -*λλ*- bis invenitur, bis restitutum est in titulis recentis aetatis. Usque ad secundum dimidium II a. Chr. n. saeculi nostrae gentes assimilationem exprimebant, postea omnino non exprimebant, nonnumquam iam in vetustissimis titulis eam non significabant (e. g. IG. IX 1 n. 442,5,7; n. 521). Qua scribendi consuetudine nostrorum titulorum exempla, quamvis magna sit lapicidarum inconstantia praecipue in *γκ*, *γγ* : *νκ*, *νγ* scribendis, cum exemplis papyrorum et inscriptionum Magnesiae congruunt. Mayser, Gr. d. Pap. 233, Naçhmansson, Magn. Inschr. 105. Cfr. insuper quae de hac re egerunt G. Meyer, Gr.[3] 358 sqq. Cauer, Curt. Stud. VIII 295; G. Curtius Stud. X 203—223; Blass,Ausspr. 84 sqq.; Meisterhans-Schwyzer 112, qui alios enumerat.

§ 33. Metathesis.

Nomen gentis antiquissimae Epiroticae *Θεσπρωτοί* (de quibus Hom. Od. XIV, 316 sqq., alias, Thuc. II, 80; Strabo VII 328 mentionem fecerunt) semel formam *Θρεσπωτῶν* (gen. pl.) Epir. 1351,8 habet, quae ex usitata forma *Θεσπρω[τῶν]* 1370,3 liquida *ρ* antecepta atque in antecedente syllaba transposita, exstitit. Haec regressiva quam vocant metathesis consonarum, quae in diversis syllabis erant, rarior in lingua Graeca est. — V. Brugmann, Gr.³ 137; Wackernagel, KZ. XXXIII 9 sqq.; G. Meyer, Gr.³ 247 sqq. in hoc nostro exemplo mendum lapicidae subesse putavit. — Progressiva metathesi spiritus e Boeotica *Φέτταλος* Thessalica et nostrarum dialectorum propria forma *Πέτθαλος (Πέταλος)* orta est, exempla v. § 30 C 1, cfr. Brugmann, l. c.; G. Meyer, Gr.³ 283; Buck, Gr. Dial. 56.

§ 34. *ν* ephelcysticum.

Primum omnes formas, quibus *ν* ephelcysticum affigi solet vel affigi posse putes, affero ita, ut singula exempla, quae *ν* paragogicum habent et quae non habent, inter se opponam:

a) ante vocem, quae a consona incipit.

α. *ν* positum est: Epir. *[ἀφῆκ]εν Δο . . .* 1348,2.

Acarn. In supplendis tit. IG. IX 1 nn. 443—445, quos omnes Attici sermonis usu insignes esse dixit, Dittenberger non semper sibi con-

β. *ν* non positum est: Epir. *ἔδοξε τοῖς* 1339,9; 1340,6; *[ἔ]δοξε τ[ᾶ]ι* 1335,5; *[ἔδο]ξε τοῖς* 1338,8; *ἀνέθηκε Διὶ* 1373,1; *ἀφῆκε Γέλων* 1357,3; *ἐ[στὶ διὸ]* 1335,6.

Acarn. *ἔδοξε τᾶι* 1379,12; 1380 a 6; 1380 b 4; [1380 c 5]; *χρήμασι καὶ* 1380 a 13; [1380 b 8; 1380 c 10]. *[ἔ]δοξε τᾶι* IG. IX 1 n. 442,1; *ἔδοξε τῆι*

stans fuisse videtur: *[Ἔδοξεν] τῇ* 444,2 restituit, cum n. 443,1 *Ἔδοξε τῇ* scriptum sit; idem D. 443,8 *[χρήμασιν]* in pausa posuit, n. 445,7 in eadem forma *ν* ephelc. ante consonam omissum est.

ibid. n. 443,1; *χρήμασι καὶ* ibid. n. 445,7 et restit. ibid. n. 483,6; *τοῖς ἀποσταλεῖσι πρεσβευταῖς* ibid. n. 516,7; *[ἔλεξε] Ζηνόκουρος* ibid. vs. 3.

Aetol. *ἔδοξεν τοῖς* 1410,1 (III a. Chr. n. saeculi); *ἔδωκεν Λαάλκωι* Ἐφ. ἀρχ. XXIII n. 3,1,[1]) in eodem titulo vs. 5 *ν* ephelcysticum in pausa omissum est: *χρήμασι*. In tit. Aetol. Magnesiae reperto n. 91 d unum satis incertum exemplum *ν* ante consonam positi est: *[διετέλεσε]ν καὶ* et ex hac forma restit. *συνετ[έλεσεν] τοῖς*.

Aetol. *ἔδοξε τοῖς* 1409,1; [1413,1]; *ἔδ[οξε τῶι...]* 1424,1; *[ἔδοξε τ]οῖς* 1412,2; *ἐστι μὲν* 1412,5; *[...ἔθηκε βασ]ιλεύς* 1413,5; *κέκρικε [τιθέμεν]* 1415,5. Ἐφ. ἀρχ. XXIII *ἱππεῦσι δὲ* n. 1,26; *ἔδοξε τοῖς* n. 8 γ 4; *ἔδοξε τοῖς* ibid. n. 11,3 et n. 12,2.

Aenian. tituli huius rei exemplis carent.

Aenian. *ἔδοξε τοῖς* 1430 b 2; 1431 b 8; [1430 a 3]; *ἔδωκε προξενίαν* 1429 b 2 et IG. IX 2 n. 3 b 2 (IV a. Chr. n. saec.) et ibid. n. 6 a, b, c, d, e, f; *[ἔ]δοξε τοῖς* ibid. n. 8,14 (litt. III fere a. Chr. n. saeculi sunt, ΑΠΟΣ); ex qua forma vs. 7 *[ἐπέβαλλε τ]οῖς* non cum Kern. °*βαλλεν τ*° supplendum est. *ἔδοξε τῇ* ibid. n. 11,15; *[τοῖς ἄρ]χουσι καὶ* vs. 2; *εἴκοσι δύο*

---

[1]) Hunc titulum Sotiriadis l. c. III a. Chr. n. saeculo incisum esse ex A littera conclusit; mihi recentior videtur propter *η* pro *ᾱ* usurpatum, sed cum S. solam A litteram exscripserit, nihil certi de aetate huius tituli dicere possum.

Phthiot. 1461 I 72 in lapide ἔδωκεεν τᾶι πόλει scriptum est, quod equidem cum Fickio in ἔδωκε<εν> immutaverim ex plurimis huius modi exemplis, quae in hoc ipso titulo leguntur. Kern IG. IX 2 n. 109 a 72 ἔδωκε<ε>ν scripsit. Lapicida fortasse praepositionem ἐν in mente habebat, cum haec insculpturus erat? χρήμασιν τὸν 1441,12; ἔδωκεν καὶ IG. IX 2 n. 89 b 18; ἐστὶν κατὰ ibid. vs. 28; ἔ[δ]ω[κ]εν κατὰ ibid. n. 102 b 12; ἔδωκεν τῇ ibid. n. 207 c 6; ἔ[δ]ω[κ]εν probab. τῇ ibid. n. 207 m 3.

ibid. n. 13,5; nn. 11, 13 Communi sermone scripti sunt.

Phthiot. ἔδοξε τᾶι 1441,1; 1447,10; 1459,8; 1440,1; ἔδωκε Πυρρίαι 1456 b 12; ἔδωκε Μακωνίωι 1458,1; ἔδωκε τὸ sexies in tit. 1461 I; undevicies in tit. 1461 II repetitum est; ἔδωκε τᾶι IG. IX 2 nn. 66 a 5; 133,6, 9, 12; et restit. 104,7; ἔδωκε τῆι (τῇ) nn. 78 b 3; 111,1; 206 III b 7; 207 e 6; ἔδωκε τὸ 102 a 4, 10, 13; 133,15; ἔδοξε τᾶι nn. 66 a 7; 223,4 et restit. 132,7; ἔδοξε τῇ nn. 219,7; [220,3]; [ἀπ]ελευθέρωσε τὰν n. 102 b 4; χρή[μ]ασι καὶ nn. 107,10; 223,7; τοῖς ἐντυγχάνουσι κὰτ' nn. 219,5; 220,1; εἴκοσι [πέν]τε n. 89 b 34; qui tit. constanter -ν ephelc. praebet (mom. a) α; b) α.)

b) in exitu elocutionis aut ante insequentes vocales.

α. -ν positum est: Epir. In tit. Epir. Magnesiae reperto n. 32 dat. pl., qui Epir. et Acarn. sermonum proprii erant, -ν ephelcysticum habent: Μάγνησιν vs. 31; οὖσιν vs. 31; ἐπαγγέλ[λουσ]ιν vs. 49.

Acarn. In epigrammatis Acarnanum, quae versibus heroicis composita sunt, -ν ephelcysticum frequentatum

β. -ν non positum est: Epir. ἀνέθηκε 1372,1; 1374,1; ἀφῆκε ἐλευθέραν 1349,3; ἀφῆκε Ἀντίβολος 1350,4; ἀφῆκε Ἡρα[κ]λείδας 1352,3; restituta: ἀπέλυ[σε ἐπ]ὶ 1354,2; ἀφίησ[ι...] 1361,1; ἔδωκε... 1343,4.

Acarn. ἀνέθηκε 1385 b 2 (in pausa); [ἐ]πόησε 1385 a 1; b 3; ἀνέθηκε Ἀρτέμιδι IG. IX 1 n. 455,1 (IV a. Chr. n.

est: *τιμαῖσιν ἀέξων, στῆσεν ἄγαλμα* IG. IX 1 n. 523,2, 3, vs 1 eiusdem tituli, qui soluta oratione scriptus est, -ν non positum est (= 1385 a 1); *ἐξετέκνωσεν 'Αριστοκράτει'* ibid. n. 489,2; *φιλέεσκεν* Mitt. XXVII p. 339 n. 21,5; *γέννσιν* ibid. p. 342 n. 22,4; *γονεῦσιν ἑοῖς* ibid. p. 349 vs. 7. Etiam in tit. recentibus, qui soluta oratione scripti sunt, -ν dativis pl. affixum est: *τοῖς ἐμπεσοῦσιν ἄνευ* IG. IX 1 n. 516,8 (antecedente vs. -ν omissum est, v. mom. a) β.); *Μάγνησιν* I Magn. n. 31,10.

Aetol. In tit. Communi sermone scripto IG. IX 1 n. 412,2 *[ἀπηλ]ευθέ[ρ]ωσεν ὑπ[ὸ]* legitur. Num *ἐπόησ[εν]*, quod ultimum vocabulum est in tit. 1420 recte suppletum sit, valde dubito. Dittenb. IG. IX 1 n. 418,7 *οσ[ε]* scripsit. Pro *[... μετέχουσιν ...]*, quod Boeckh restituit, approbavit Fick 1424,5, *[... μετέχοντι ...]* scripserim, cfr. § 28,1 a.

Aenian. *ἐπέβαλλεν ἀνδρί* IG. IX 2 n. 11,23; *παρέσχηκεν* ibid. vs. 29; *πᾶσιν ᾗ* ibid. vs. 33 (Cfr. mom. a) β.). *[... γέ]γονεν ἀδικήμα[τα ...]* 1432 b 12 (II a. Chr. n. saec.).

Phthiot. IG. IX 2 n. 89 b -ν constanter exhibet (cfr. saec.): *[ἀνέθηκε]* ibid. n. 465. *τρισί* epigr. Mitt. XXVII p. 342 n. 22,5, antecedentes voces sunt *ἐννεάδεσσιν ἐτῶν*.

Aetol. *γέγονε* (in pausa) 1409,5 (III a. Chr. n. saec.); *χρήμασι 'Εφ. ἀρχ.* XXIII n. 3,5 (cfr. mom. a) α.); *ἀνέθηκε* ibid. n. 7,5.

Aenian. *ἔδωκ[ε ἁ πόλις ...]* 1435,4; *Αἰνιᾶσι ἀποκατ[έστησε]* IG. IX 2 n. 10 b 3; *Σω[τῆρσι]* ibid. n. 34,5.

Phthiot. *ἔδωκε ἐν τὰν* 1453,3 (III a. Chr. n. saec.

mom. a) *α.*) *ἔδωκεν* vs. 29; *ἔδοξεν* vv. 25, 37; *ἐστὶν* vv. 24, 30, 32; item n. 89 a *[συνευδόκ]ησεν ἡμῖν* vs. 31; *ἐστιν ὧι* vs. 35. *Ναρθακιεῦσιν [ὅπως]* vs. 31 (hi tit. medii II a. Chr. n. saec. sunt); porro: *ἀνέθ[ηκ]εν* ibid. n. 145,5 (infer. aetat.); *ἔξεστιν οὐδένα* ibid. n. 106,1 (post Chr. n. exar.); *ἐστιν [ἀνδρ]ί* ibid. n. 219,6 et restit. *ἐθίζουσ[ιν]* ibid. vs. 14: *[ἐστιν ἀνδρί]* n. 220,2; *[ἐθίζουσιν]* n. 220,11 (cfr. mom. a) *β.* nn. 219,5, 220,1); *ἀπε[λευ]θέ[ρωσεν]?* ibid. n. 228 b 14 et *ἔδωκεν ἡ* n. 228 c 11 (qui tituli inferioris sunt aetatis, litt. ΑΠΟCω). Dat. pl. *χρ[ή]μασιν ἐν* 1440,9 (III a. Chr. n. saec.; cfr. vs. 1 in mom. a) *β.*) et restit. eadem forma 1445,6; 1446,9. *πόλεσιν* IG. IX 2 n. 103,7 (I fere a. Chr. n. saeculi); *πᾶσιν* ibid. n. 185,1 (post Chr. n. exar. videtur). ineuntis); *ἔδωκε Ἀγέστωι* 1456 a 2; *ἔδωκε Ἀκρομέ[δ]ον[τ]ι* 1457 b 10; *ἐπέβαλλε ἀνδρί* 1447,7. Restit. *ἀνέγρ[αψε]* 1451 a 2; *[...ἔδωκε...]* 1457 a 1. In tit. IG. IX 2 n. 66 a 7 *ἐστὶ ἀνδρί* sed. vs. 12 *σταθέωσ[ι[ν ἐν* (-*ν* incertum est) leguntur; *ἐποίησε* IG. IX 2 nn. 113,4 115,1 ultimum vocabulum est inscriptionum.

In antiquissimis nostrarum gentium titulis, qui mera dialecto scripti sunt, -*ν* ephelcysticum neque ante vocales neque ante consonas positum est. Inde a. III a. Chr. n. saeculo ex Attico-Ionico sermone -*ν* paulatim irrepsit (cfr. tit. Epir., Acarn., Aetol., qui Magnesiae effossi sunt; et Aetol. 1410). Epicorum autem imitationi attribuendum est id -*ν*, quod saepius in epigrammatis Acarn. sepulcralibus reperitur. A medio II a. Chr. n. saeculo Phthiotae, quod fecerunt inprimis in eis titulis, qui etiam alia

Communis sermonis propria exhibent, in diem frequentius *-ν* affigere solebant (cfr. tit. IG. IX 2 n. 89 a, b).

In libello, qui inscribitur „Zum inschriftlichen *Nῦ ἐφελκυστικόν*, Basel 1907“ Ferd. Sommer contendit nullam inveniri inscriptionem longiorem, quae *-ν* saepius ante consonas habeat, quam ante vocales, atque permultos esse titulos, in quibus *-ν* non nisi ante insequentes consonas omissum sit; quam consuetudinem in Attide, Iade, lingua Communi certam constantemque esse. Neque nostra exempla repugnant, nam in nostris titulis *-ν* ante consonas decies affixum est, nonagies ter non affixum; ante vocales atque in exitu elocutionis tricies ter positum, vicies non positum. Cfr. etiam ea exempla, quae collegerunt Nachmansson, Magn. Inschr. 110; Schweizer, Pergam. Inschr. 137. Cauer, Curt. Stud. VIII 292, cum *-ν* ephelcysticum cum grammaticis antiquis ad evitandum hiatum inter vocales interpositum esse putaret, *-ν* et saepe omissum esse ante vocales (59) et positum non raro (29), ubi eo non opus esset, docuit, cfr. G. Meyer, Gr.^{3} 399 sqq.

Non solum ex aetate vel origine titulorum, sed etiam ex iis formis, quibus saepissime affixum est, concluseris *-ν* e Communi aut Epica lingua in nostras dialectos se insinuasse. Saepissime enim *-ν* invenitur in dat. pl. formis ut *Μάγνησιν*, *οὖσιν*, *τιμαῖσιν*, *ἐννεάδεσσιν*, quae in nostris titulis non sunt genuinae, deinde in formis verborum Epicae et Communis dialectorum propriis *στῆσεν*, *φιλέεσκεν*, *σταθέωσιν*, *ἐθίζουσιν*, contra antiquis ab Attico et Communi sermone alienis formis in *-τι*, *-ντι* cadentibus numquam *-ν* affixum est; exempla § 28 a, *α* enumeravi.

II. DE FORMIS.

A. De declinatione nominum.

§ 35. Stirpes in -*α* exeuntes.

Primum exitus singulorum casuum, deinde quaedam titulorum testimonia affero; cfr. Boisacq, Dial. Dor. 126; Hoffmann, Gr. D. I. 239, II. 537.

	Singularis		Pluralis
	Masc.	Fem.	
Nom.	-*ᾱς* (-*α*)	-*ᾱ*, -*ᾰ*	-*ᾰι*
Voc.	-*ᾰ*	-*ᾰ*	-*ᾰι*
Acc.	-*ᾱν*	-*ᾱν*, -*ᾰν*	-*ᾱς*
Gen.	-*ᾱ*, (*ᾱς*, *ου*)	-*ᾱς*	-*ᾱν*, (-*ων*)
Dat.	-*ᾱι* (*ᾱͅ*, *ᾱ*,)	-*ᾱι*, (-*ᾱͅ*, *ᾱ*)	-*ᾰις*
Loc.	(-*ᾰι*?)	(-*ᾰι*?)	—

1. In titulo Aetol. 1428 b=IG. IX 1 n. 423 (litt. ΑΓο≶Σ) haec nomina leguntur: *Δικαιόπολις Νικάτας Μολύσχριος*, de quibus optime disputavit Dittenberger l. c.: *Νικάτας* genetivum sg. masc. generis ex nominativo ^{0}*τα* formatum esse. Alios eiusdem modi genetivos habes in Acarn. tit. 1400 = IG. IX 1 n. 456 (litt. ΑΓοΣ) *Ὑγιείαι Ἱππονίκα Μεννείας*, nisi hic duo homines dedicantes, Hipponica mulier et Menneas vir, nominantur, deinde in tit. Acarn. IG. IX 1 n. 484,4 (litt, ΑΓο≶, III a. Chr. n. saec.) *Σώτι[μον Ξ]ενίας Κασσωπαῖον* et *Προκλείδας* (arch.) ibid. n. 521,1; *Ξενίας* IG. IX 1 n. 437,1 probabiliter gen. est, cfr. adn. Preuneri, Mitt. XXVII p. 330. Utrum hic genetivus in

ᾱς, qui in sermonibus Boeot., Thessal., Leucad., Megar., Delph.(?) invenitur, a femininis translatus sit, an quaedam Graecae gentes eandem atiquissimam declinandi rationem servaverint, quam Itali et Celti, Slavi et Balti, equidem diiudicare non audeo. Cfr Solmsen, Rhein. Mus. LIX 494 sqq., G. Meyer, Gr.[3] 424 sqq.; Buck, Gr. D. 81.

Gen. sg. masc. in -ᾱ (< ᾱ + ο) exit (§ 22 B. 5). Iuxta plurimos huiusmodi genetivos in recentissimis titulis Atticas formas in -ου cadentes reperias (v. § 2 pp. 24, 25): Ἀσκληπιάδου Aenian. IG. IX. 2 n. 22,3; ταμίου ibid. n. 44,11. Φιλέου quod legitur in Aenian. tit. 1429 b 2, IV a. Chr. n. saeculi, ad nominativum Φιλέας revocandum videtur; civi Atheniensi cum inditum sit, Atticam habet formam, haud aliter atque ethnicum, quod subsequitur, Ἀθηναίωι, -η- exhibet pro -α-longo. In tit. Phthiot. 1456,20, qui ante a. 193 a. Chr. n. incisus est, Fick iure Εὐηθίδ[α] restituit, pro Εὐηθίδ[ου], quod Boeckh posuit.

2. Utrum in nostris dialectis iuxta dativos in -ᾱι (ᾳ) cadentes locativi in -ᾰι in usu fuerint necne, e titulorum testimoniis non dilucet. In tit. Phoc. 1537 Ἥραι in versu mensurae — ⏑ est, Thumb, Handb. 182. De -ᾱι:ᾱ cfr. § 16,1.

3. Genet. pl. in -ᾱν (<-ᾱων) cadit; exitus -ων ex Attico et Communi sermone irrepsit, v. § 22 B 7; G. Meyer, Gr.[3] 468 sqq.; Brugmann, Gr.[3] 236.

4. Dat. pl. exit in -αις, ut in compluribus dialectis atque in Attica post a. 420 a. Chr. n. In epigrammate Acarn. IG. IX 1 n. 523,2 epica forma τιμαῖσιν legitur. Dat. pl. τιμα(σι) Epir. IMagn. n. 32,11 tam incertus est, ut eum omiserim. Cfr. G. Meyer, Gr.[3] 476; Brugmann, Gr.[3] 239; Buck, Gr. D. 80.

5. Accusativum pl. in -ᾱς (<-ανς) cadere e declinatione ο- stirpium concluseris, quae sola forma -ους (<-ονς) utuntur. Cfr. Brugmann, Gr.[3] 233; G. Meyer, Gr.[3] 463; Buck, Gr. D. 80; hic infra § 36.

De usu quorundam vocabulorum:

6. βασίλισσα regina apud Aetolos appellabatur: βασίλισσαν Aetol. 1413,11 (aa. 179—172 a. Chr. n.) et ter in

tit. Ἐφ. ἀρχ. XXIII n. 9 (III a. Chr. n. saec.); haec vox, quae variis temporibus in variis Graeciae partibus in locum *βασίλεια* (aut *βασιλίς*) successit, (cfr. Meisterhans-Schwyzer, Gr. a. Att. Inschr. 101; Nachmansson, Magn. Inschr. 121; Schweizer, Pergam. Inschr. 140; Thumb, Hellenismus 57) Macedonicae est originis, Wackernagel, Hellenistica 13.

7. Pluralis *πρεσβευταί* etc. in titulis nostrarum gentium usitata erat: Epir. IMagn. n. 32,39 *πρεσβευτάς*, *πρεσβευταί* ibid. vs. 10 (III a. Chr. n. saec.). — Acarn. IMagn. n. 31,7 *πρεσβευτᾶν*, *πρεσβευταῖς* IG. IX 1 n. 516,7 (II a. Chr. n. saec.). — Aetol. *πρεσβευταί* 1411,9, *πρεσβευτάς* ibid. vs. 3 (c. a. 200 a. Chr. n.); *πρεσβευταί* Ἐφ. ἀρχ. XXIII n. 8 γ 12 (III a. Chr. n. saec.). — Phthiot. *[πρεσβευ]ταί* IG. IX 2 n. 89 a. 16. Inde a III a. Chr n. saeculo haec pluralis forma etiam in Atticis atque Magnesiae titulis usurpari coepta est; in plebiscito Pergam. a. 98 a. Chr. n. facto scribae regis Pergam. semper hac forma usi sunt, v. Meisterhans-Schwyzer, Gr. d. Att. Inschr. 144; Nachmansson, Magn. Inschr. 121; Schweizer, Pergam. Inschr. 141.

8. *Μακέταν* acc. sg. fem. generis iuxta masculinum acc. *Μακεδόνα* usurpatur; utraque forma in tit. Aetol. Ἐφ. ἀρχ. XXIII n. 9 legitur, v. Kretschmer, Einleitung. 284 et Sotiriadis l. c.

§ 36. Stirpes in -*ο* cadentes.

Exitus singulorum casuum hi sunt (Cfr. Boisacq, Dial. Dor. 132; Hoffmann, Gr. D. II 531; Schmyth Gr. D. 371.):

	Singularis.		Pluralis.	
	Masc.	Neutr.	Masc.	Neutr.
Nom.	-ος	-ον	-οι	-ᾰ
Voc.	-ε	-ον	-οι	-ᾰ
Acc.	-ον		-ους	-ᾰ
Gen.	-ου (-ω, -οιο)		-ων	
Dat.	-ωι (-ῳ)		-οις	
Loc.	-οι		—	

1. Iuxta usitatos genetivos sg. in *-ου* exeuntes aliquoties in epigrammatis Acarn. sepulcralibus, quae versibus heroicis composita sunt, epicos genetivos in *-οιο* reperias = *ὁδοῖο* IG. IX 1 n. 521,2; *μεγαυχήτοιο* Mitt. XXVII p. 339 n. 21,3, *πινυτοῖο* ibid. p. 349 vs. 5; *εὐξυνέτοιο* Aenian. 1438,8.

In duobus titulis genetivus in *-Ω* desinit: Acarn. IMagn. 31,35 (III a. Chr. n. saec.) et *Λαρισαίω*[1] Phthiot. IG. IX 2 addenda p. X n. 205,12 (medii II a. Chr. n. saec.). Hunc exitum equidem a Dorica aetate Acarnanum et Phthiotarum sermonum resedisse putaverim. Ex his exemplis atque e scribendi consuetudine vicinorum Locrorum et Thessalorum, qui eadem aetate, qua *ει* et *ου* spuria litteris *EI* et *OY* exprimebant, in genetivis *ο*-stirpium *-O* scribebant, nostras gentes *-O* signum, quo in antiquissimis titulis exitum genetivi exprimebant (v. p. 85) eodem fere modo quo *ω* pronuntiasse concluserim. Cfr. supra p. 85, 47 et Thumb, Handb. 200. Ad exempla p. 85 a me allata unum addo: *αὐτῶ* IG. IX 1 n. 521,3. In exprimenda lapidis scriptura *ΙΑΡΩΦΥΛΑΙ*//// Aetol. 1420 = IG. IX 1 n. 418,1 Dittenberger duas voces *ἱαρᾶ* et *φυλά[κ]ων* distinxit vocalem *-ω* in genetivo ex antiquiore sermone resedisse arbitratus. Sed vix recte rem enucleavit, licet in nostris titulis exempla servati exitus *-ω* reperiantur, nam *ἱεροφύλαξ*, apud omnes Graecos usitatissimum, compositum est e stirpe *ἱερο-* et *φύλαξ*. Mihi lapicida mendose *Ω* pro *O* in compage huius compositi posuisse videtur, quippe cum in Graeca lingua iuxta *ἱερο-* etiam *ἱερω-* prior pars sit compositorum.

2. De dat. loc. § 18 egi — Dat. pl. semper in *-οις* (<*-ωις*) exit. Cfr. Boisacq, Dial. Dor. 127; Buck, Gr. D. 82; G. Meyer, Gr.[3] 473.

3. Restat ut quaedam de singulis vocibus declinatis addam: *υἱός* omnino in nostris titulis more *ο*-stirpium declinatum est: nom. sg. *υἱός* Acarn. IG. IX 1 n. 523,3; Phthiot. IG. IX 2 n. 89 a. 8; acc. sg. *υἱόν* Aenian. 1433,3 et IG. IX

---

[1] *-ω* pro usitata *-ου* esse arbitror, nullo enim modo Laurentii sententiam approbare possum, v. BCH. XXV p. 352.

2 nn. 40,2, 45,7; Phthiot. ibid. n. 206 II b 9; gen. pl. *υἱῶν* Phthiot. 1461 I 22, 26, 34; acc. pl. *υἱούς* IX 2 n. 40,3; dat. pl. *ὑοῖς* ibid. n. 188,2. Epicae formae acc. sg. *υἷα* Aenian. 1438,6 et restit. gen. sg. *[Υἷέος---]* Phthiot. IG. IX 2 n. 185,1 in titulis versibus compositis leguntur. Cfr. G. Meyer, Gr.[3] 416; Schweizer, Pergam. Inschr. 85, 145; Kretschmer, Vasen. 187. — Nomina, quorum posterior pars ad verbum *ἄρχω* refertur et formam-*αρχας* et -*αρχος* habent: *ἱππάρχας* Aetol. 1415,35 (exeuntis III a. Chr. n. saec.) et gen. sg. *ἱππάρχα* Acarn. IMagn: n. 31,2, sed in nominibus propriis -*αρχος*, quod Attici sermonis proprium erat (Meisterhans—Schwyzer. Gr. d. att. Inschr. 124 sqq.), constanter usurpabatur; vel in hoc ipso titulo Acarn. vs. 34 *Ἵππαρχον* acc. sg. reperias; porro *Ἵππαρχος* Aenian. 1431 a. 6; 1431 b. 15 et restit. gen. 1431 b. 2 — sed *αἰνιάρχαι* 1431 b. 15; [1431 a. 6.]. *Ἱππάρχου* Aenian. IG. IX n. 14,12 *Πολεμάρχου* 1432 a 4 et IG. IX. 2 n. 6 a. 3, 4; 8,22; 9,3; 13,22. *Πολέμαρχος* Phthiot. IG. IX 2 n. 72,13; *Ἱππάρχου* 1443,4. Appellativum *γυμνασιάρχοις* in tit. Hypat. IG. IX 2. n. 56,1 inferioris aetatis repperi, quo de nomine cfr. Schweizer, Pergam. Inschr. 144. V. praeterea Thumb, Hellenismus 58 sqq.; Nachmansson, Magn. Inschr. 121 sqq.

De deabus omnino in nostris titulis *ἁ θέος* usurpatur, e. g. Epir. IMagn. n. 32 vs. 14 *τᾶς θεοῦ*, vs. 18, *ταῖ θεῶι* (Artemis); Acarn. IMagn. n. 31,26, 35. Quare, ut iam supra (p. 65) dixi, non cum Kernio *Λοχέ[αι θ]εαῖ* scriptum velim in tit. Phthiot. IG. IX 2 n, 140. Semel in tit. Phthiot. IG. IX 2 n. 106,3 vix ante Chr. n. in lapide insculpto *θεούς τε κ(αὶ) θεάς* . . . legitur. — Feminini generis sunt hae voces in -*ος* exeuntes: *ἄρκος* (=*ἄρκτος*): *ἄρκου ὑπὸ στυγερᾶς . . . ἅ με βιαίως* Acarn. Mitt. XXVII p. 342 n. 22,3, cfr. quae Preuner l. c. adnotavit. In tit. Acarn. IG. IX 1 n. 485,5 *ταῖ ὁδωῖ* legendum est, cfr. § 16, p. 63. *[-τ]ῆι συγκλήτωι* Phthiot. IG. IX 2 n. 89 a. 9; -*μηνος*, quod inest in compositis, *[τ]ὰ[ν] δ[ευτέραν ἑξάμηνον . . .]* Aetol. 1412 a. 1; *τὰν πρώτὰν ἑξάμηνον* Phthiot. 1461 I 3, *τὰν δευτέραν ἑξ[άμηνον]* ibid. vs. 43; *τὰν Β' ἑξά[μηνον]* Phthiot. IG. IX 2 n. 133,2 Cuius sit generis *τετράμηνον* in tit. 1415,30 ex vicinis voci-

bus non apparet. Cfr. Nachmansson, Magn. Inschr. 126 sqq.; Thumb, Hellenismus 67; Kretschmer, Entstehung 19.

§ 37. Stirpes in -ι exeuntes.

Cfr. exitus singulorum casuum cum terminationibus aliarum dialectorum propriis apud Boisacq, Dial. Dor. 141; Hoffmann, Gr. D. I 244, II 541; Smyth, Gr. D. 387.

	Singularis.	Pluralis.
Nom.	-ις	-ιες
Voc.	-ι	—
Acc.	-ιν	-εις
Gen.	-ιος (-εως)	-ιων
Dat.	-$\bar{\iota}$, -ει	-σι (-σιν)

1. Item ut in omnibus Graecae linguae dialectis, excepta Attica, gen. sg. in -ιος exit: Epir. *Σελίνιος* 1340,5. — Acarn. *τᾶς πόλιος* IG. IX 2 n. 484,2 (III a. Chr. n. saec.); *πρυτάνιος* IG. IX 1 n. 518,1 (litt. ΑΓΟ≶). — In Aetol. tit. *πόλιος* sexies est; *ποτιστάσιος* 1413,21; *Μύνιος* (gen. fem.) 1415,11; *ἐγδικάσιος* 1411,14; *Ἀλκήστιος* nomen fem. 1428 i 4. — Aenian. *πόλιος* 1432 b 11 et 1435,9 et IG. IX 2 n. 10 a 11 (II, ut videtur a. Chr. n. saeculi). — *πόλιος* septies in Phthiot. tit. III—II a. Chr. n. saec. (v. Baunack, Index); et IG. IX 2 nn. 107,5; 224,9. Ex Attico sermone genetivi in -εως cadentes, qui aliquoties etiam in aliis Graecae linguae dialectis reperiuntur (G. Meyer, Gr[3] 441; Buck. Gr. D. 84), in nostras dialectos irrepserunt: Aenian. *τῆς πόλεως* IG. IX 2 n. 45,7 (litt. variis inferioris aetatis exar.); *πόλεως* ibid. n. 56,1 et n. 11,4, qui titulus a. 182/1 a. Chr. n. incisus alia Communis linguae insignia habet. *Κρανοπόλεως* ibid. n. 14 a. 13. *Κλειτοπό[λ]εω[ς]* ibid. n. 26,5 (litt ΑΠΓΟΣ). — Phthiot. IG. IX 2 *τῆς πόλεως* nn. 219,12 bis; 220,7, [5, 8]; *Δικαιοπόλεως* n. 94,2 (litt. ΑΤΤΟΣ).

2. Multo ante atque multo saepius quam Attici genetivi in -εως cadentes in nostris titulis apparere coeperunt, dativi in -ει exeuntes in locum dativorum in -$\bar{\iota}$ (probab. $<$ ι + ι), qui in plurimis Graeciae partibus genuini usita-

tique erant, successerunt.[1]) Hoc optime ex ea re apparet quod in eisdem titulis, e. g. Phthiot. 1441 et 1447 iuxta genetivos in -ιος dativi in -ει exeuntes reperiuntur. Quod etiam in compluribus aliis dialectis factum est. Cfr. G. Meyer Gr.[3] 450; Boisacq, Dial. Dor. 142; Meisterhans-Schwüzer 137; Buck. Gr. D. 84. In tit. Locr. πόλι semel, πόλει ter, ap. Phoc. πόλει quinquies leguntur, πόλι non invenitur. a.) Dat sg. in -ῑ desinit: Epir. λύσι 1360,3. — Acarn. τᾶι πόλι IG. IX 1 n. 442,1 (IV a. Chr. n. saeculi). — In uno titulo Phthiot. IG. IX 2 n. 208,2 = 1453,2 ap. Coll., qui ineunte III a. Chr. n. saeculo in lapide insculptus est, Fick lapidis ΤΑ ΠΟΛΙ τᾶ πόλι recte exscripsit, Kern iniuria, ut mihi videtur, τᾷ πόλει e ceteris Phthiot. exemplis scripsit, nam ex antiquo Phthiot. sermone hanc dativi formam resedisse putaverim. Contra in dat. τῆι (τῇ) πόλι, qui legitur in tit. IG. IX 2 n. 111,1; et ibid. n. 198,7 Communi dialecto scriptis, ῑ non ab antiquissimis temporibus servatum esse sed prorsus in locum -ει successisse putaverim, cum II—I a. Chr. n. saeculo et in nostris et in omnibus Graeciae regionibus -ῑ et -ει saepe commiscerentur, cfr. supra § 10,2. b.) Exceptis his exemplis dat. sg. in -ει cadit: Epir. λύσει 1354,3; [λυ]^0 1351,1; [λ]ύσει 1353,4. — Acarn. In titulis IG. 1 nn. 443—445, qui III a. Chr. n, saeculo Attica dialecto scripti sunt, Atticos dativos in -ει cadentes inveniri consentaneum est: τῆι πό[λει] n. 443,1; τῆι πόλει n. 444,2; [- - -π]όλει 445,4; — Aenian. πόλει 1432 b 1 bis; πόλε[ι] 1436,2; [λυ]τρώσει IG. IX 2 nn. 27,6; 28,3. — In titulis Phthiot. 1441; 1447; 1459; 1461 I, II, qui intra aa. 279—146 a. Chr. n. exarati sunt, dat. πόλει duodetricies invenitur, quater restitutus est. In titulis IG. IX 2 editis, quorum plurimi II a. Chr. n. saeculo in lapidibus insculpti dialectum puram servaverunt, dat. τᾶι (τᾷ) πόλει hisce locis legitur: nn. 66 a. 3, 5; 94,5 (III a. Chr. n. saec.); 132,6, 8; 133,6, 9, 12; 206 I b. 14, 18, 22, 25; 206 II b. 5, 15, 18, 22; 207 l. 3; 223,3. Praeterea hic dat. recte restitutus est nn. 66 a. 7; 104,4, 7, 11; 127,4; 206 II a. 7; 207 k. 12;

[1]) Aliter rem explanat H. Jacobsohn, KZ. XLIII 53 adn.

223,4. Sed in manumissione Phthiot. n. 221,8, III fere a. Chr. n. saeculi, (litt. ΑΠΟΣ) utrum *τᾶι πόλ[ει]*, ut Kern supplevit, an *πόλ[ι]* restituendum sit, equidem diiudicare non audeo, cfr. inter se tit. 208,2 et 94,5; 1441,1 (ap. Coll.). Praeter ea exempla (IG. IX 2 nn. 111,1; 198,7), quae in mom. a.) attuli, dat. *τῆι (τῇ) πόλει* in omnibus titulis nobis occurrit, qui Communis sermonis propria (*η* pro *ᾱ* etc.) exhibent: nn. 103,5; 206 III b. 7, III c. 8 (I post Chr. n. saec.); 207 c. 7, d. 4, e. 8, f. 4, k. 9, 219; 220 compluries, restit. n. 207 h. 3.

3. Pluralis casuum haec affero exempla: Acarn. *ὑποπρυτάνιες* nom. 1389,5; Aetol. *τᾶν πολίων* 1413,25, 31; *τριῶν* 1415,23; Aenian. *τᾶν πολίων* IG. IX 2 n. 7 a. 7 (=1432 b 6). Accusativus pluralis Atticam habet formam: Acarn. *πόλεις* IG. IX 1 n. 516,4; Aetol. *πόλεις* 1413,24; *τρεῖς* 1415,25, *ἀποδείξε[ις]* 1413,2; Phthiot. *δείξεις* 1441,4. Acc. pl. neutr. *τρίᾰ* 1415,23 v. Brugmann, Gr.[3] 325 et § 45. Dat. pl. *πόλεσιν* Phthiot. IG. IX 2 n. 103,7; *πόλεσι* IG. IX 2 add. X n. 205,11. *τρισί* Epigr. Acarn. Mitt. XXVII p. 342 vs. 5. Cfr. quae nuper Sommer IF. XXV 289—311 de dativo pl. III decl. optime docuit.

§ 38. Stirpes in -*υ* exeuntes rarissimae sunt in nostris titulis neque multum ad cognoscendas dialectos nostrarum gentium valent: (nom. sg.) *Ξένυς* 1357,3 v. § 11,1; *Κραῖνυς* 1351,7; *Fεῖδυς* 1346,5. Gen. sg. *νέκυος* IG. IX 2 n. 185,8; *Βίτυος* ibid. n. 206 I a. 10; *Χέρσυος* Acarn. IMagn. n. 31,3. In epigrammate Acarn. Mitt. XXVII p. 342 n. 22,4 dat. pl. *γέννσιν* legitur. — De voce *υἱός* § 36 egi.

§ 39. Stirpes in diphthongum cadentes.

1. Primo loco commemoranda sunt nomina feminarum in -*ω* < -*ōι* exeuntia (v. Brugmann, Gr.[3] 183): Nom. sg. Epir. *Φιλώ* 1347,8; — Acarn. *Δικκώ* 1381,1; *Κλεώ* IG. IX 1 n. 491; *Νικ[α]σ[ώ]* ibid. n. 495. — Aetol. *Σωτώ* IG. IX 1 n. 400,3; *Στρατώ* ibid. n. 419,3; *Ἀστώ* ibid.

n. 421. — Aenian. *Κλεώ* 1437,1;[1]) *Ξενώ* ibid. 2; *Σωσώ* IG. IX 2 n. 14 a 1 et n. 19,10; *Καλλώ* ibid. vs. 5; *᾿Ονησώ* ibid. n. 16,10; *᾿Αριστώ* ibid. n. 19,6. — Phthiot. *᾿Ανδρώ* 1471,1;[2]) *Δικαιώ* 1467,1; *Κλειτώ* 1443,3, 5; *Σωσώ* 1461 I 53 et *Σωσ-* IG. IX 2 n. 73,8; *Κρινώ* IG. IX 2 n. 145,3. — Voc. sg. in *-οι* exit: *[Κ]λειοῖ χαῖρε* Acarn. 1392,1; *Καλλοῖ χαῖρε* Acarn. IG. IX 1 n. 504,1. — Acc. sg. item ut in Aeolicis, Delphica, Attica dialectis in *-ώ* cadit; exitus *-ων* Doricarum dialectorum proprius erat: Epir. *Εὐχώ* 1359,3; *Σωτώ* Aetol. IG. IX 1 n. 400,4. — Gen. sg. in *-οῦς* exit (cfr. § 22 A. 5 et Adn.)

2. De declinatione vocis *ἥρως* v. § 22 B 15 p. 96; de forma *ἥρωσι*, quae est in titulis Dodonae inventis 1585 b. 2, 1582 a. 3 v. IF. XXV 307.

3. Nomina in *-ευς* exeuntes. Cfr. Boisacq, Dial. Dor. 149; Hoffmann, Gr. D. I 252; Brugmann, IF. IX 365 sqq.

a) Acc sg. et in *-ῆ*, ut in plurimis Doricis dialectis, et in *-εα* desinit; exempla § 22 B 8 enumeravi. Exitus *-εᾰ* Iadis et Communis sermonis, *-εᾱ* Attidis proprius erat. E nostris exemplis, quamquam haud numerosa sunt, concluseris *-ῆ* ab antiquissimis temporibus resedisse, *-εα*=*-εᾱ* legendum esse atque ex Attica dialecto irreprisse. Neque enim *βασιλέᾰ* iuxta *Εὐμενῆ* servari potuit (1413,13; 1416,1; 1417,1). V. praeter eos, quos supra commemoravi, Schweizer, Pergam. Inschr. 149; Thumb, Hellenismus, 92; G. Meyer, Gr.[3] 430; Buck, Gr. D. 36, 38, 85.

b) Gen. sg. in *-εος* desinit; qui exitus in nostris titulis, ut in Doricis, ab antiquissimis temporibus traditus erat:[3]) Epir. *βασιλέος* 1336,4 (aa. 313—295 a. Chr. n.

1) Hoc nomen Hiller dubitans in Indice posuit; affirmatur tamen alio exemplo IG. IX 1 n. 491 et vocat. *[Κ]λειοῖ* Acarn. 1392,1; cfr. § 5,4 b.

2) Fortasse hoc loco *῎Ανδρων* legendum est, quod nomen et alias in lingua Graeca invenitur, cfr. IG. IX 2 n. 150 et Hiller, Indices; Bechtel Fick, Gr. Prsnn.[2] 58.

3) In titulis Magn., Pergam., Attic., in papyris *-εως* sua vice exitu *-εος* post Chr. n. substitutum est; quae declinandi ratio a nostris dialectis aliena est. Cfr. Nachmansson, Magn. Inschr. 131; Schwei-

exar.); *[γραμ]ματέο[ς- - -]* 1335,4 (IV a. Chr. n. saec.) — Acarn. *γραμματέος* 1379,3; 1380,5; [1380 c 4] (II a. Chr. n. saec. ineuntis). — Aetol. 1415 (III a. Chr. n. saec.) *γραμματέος* vs. 33; *Ἀκμέος* vs. 5; *Ἐλιπέος* vs. 8; *Κερκινέος* vs. 10; *Τριχονέος* 1428 i 2; *Ἐφ. ἀρχ.* n. 1 (c. a. 275 a. Chr. n. incisus) *Καλλιέος* vs. 14; *Καφρέος* vs. 15; *Ποτειδανιέος*, *Φυσκέος*, *Φυταιέος* vs. 16; *Δηριέος* vs. 21; *Ἀνακτοριέος* vs. 22. — Phthiot. *Ἀρσινοέος* 1439,2 (intra aa. 279—193 a. Chr. n. exar.); *Γομφέος* 1448 a. 1 (II a. Chr. n. saec.).

Iuxta frequentes genetivos in *-εος* in publicis Aetol. titulis *βασιλέως* iam III a. Chr. n. saeculo invenitur: *Ἐφ. ἀρχ.* XXIII n. 8 *δ* octies; 1416,2 (= 1417,2), qui litt. ΑΠ insculpti sunt. Quam formam equidem Atticorum imitationi attribuerim; cfr mom. 3 a. Ceterum *-εως* non ante II—I a. Chr. n. saeculum usurpabatur, qua aetate e Vulgari sermone in nostras dialectos irrepsit: *Ἐρετριέως* Phthiot. IG. IX 2 n. 110 a. 10, b. 7 (I fere a. Chr. n. saec.); *Κιεριέως* ibid. n. 66 b. 1 (II saeculi ad finem vergentis); restit. Aenian. IG. IX 2 n. 34,4 *ἱερέως*. — *Πολεμαρχέως* ibid. n. 14 a. 15, quod Hiller (Indices) ad nominat. *°χευς* revocavit. Idem, IG. IX 2 n. 26,2 *Μενεσ[θέως]* supplevit, hanc formam quamquam dubitans ad nominat. *°εύς* referens. V. Bechtel-Fick, Gr. Prsnn.[2] 202.

c) Dat. sg. semper exitum *-ει* habet. In *τῷ ἱερῖ*, quod legitur in Phthiot. IG. IX 2 n. 92,2 *-ῑ* pro *-ει* est.

d) Nominat. pl. in *-εις* cadit; cfr. § 22 A. 2. Hac eadem forma nostrae gentes pro accusativo usae sunt. Cfr. praeter eos, qui a Nachmanssono, Magn. Inschr. 132 afferuntur, Mayser, Gr. d. gr. Pap. 270; Brugmann, Gr.[3] 232; G. Meyer, Gr.[3] 458, 462.

e) Exempla gen. pl. § 22 B. 11 b. enumeravi, v. et adn. post. mom. 11.

f) In antiquissimo Aetol. (Acarn.?) sermonis monumento *Ἐφ. ἀρχ.* XXIII n. 1 dat. pl. *ἱππεῦσι* vs. 26, *ἱππέοις* vs. 28 alterum iuxta alterum inveniuntur. Ceterum dat. in *-οις* desinit: Aetol.

---

zer, Pergam. Inschr. 148; Meisterhans-Schwyzer Gr. d. att. Inschr. 140; Mayser, Gr. d. gr. Pap. 269 sqq.

1415 (III a. Chr. n. saec. exeuntis) *Μελιταιέοις* vv. 1, 3; *Πηρέοις* vv. 1, 4, 28, 30 bis; deinde *Λαμιέοις*, quod est in decreto Amphictyonum Aetolica aetate facto n. 2514,3; *Λαρισσέοις* Aenian. IG. IX 2 n. 6 c. 3 (ineuntis II a. Chr. n. saec.) ad nominativum *Λαρισσεύς* referendum est, v. supra § 12,2 adn. In epigrammatis Acarn. Mitt. XXVII p. 349 vs. 7 (II—I a. Chr. n. saec.) et IG. IX 1 n. 489, dat. *γονεῦσιν* legitur. Eiusdemmodi forma *Ναρθακιεῦσιν* in tit. Phthiot. IG. IX 2 n. 89 a 31, qui medio II a. Chr. n. saec. in lapide incisus est, reperitur. Cfr Thumb, Handb. 182.[1]) In Epir. et Acarn. titulis dat. pl. III declinationis in *-οις* exeuntes non inveniuntur.

3. Iovis dei nominis in nostris titulis hae leguntur formae: *Διός* Epir. IMagn. n. 32,35 et restit. 1351,12; Phthiot. IG. IX 2 n. 106,6; *Δία* Aenian. 1438,9 (poët.). Praeter ea exempla, quae § 22 A 4. enumeravi, dat. *Δι* hisce locis locis suppl. est: Acarn IG. IX 1 nn. 447,2; 448,1; 465,1. Dat. *τῷ Διεί*, qui legitur in tit. 1582 Dodonae reperto *-ει* = *ῑ* habere putaverim, quippe cum ibidem *ἰς* = *εἰς* inveniatur. Neque enim credo ope compositorum *ΔιϜείθεμις*, *Διειτρέφης* exstitisse. Cum a quibus quove tempore hic tit. 1582 incisus sit, ignoremus, commonefacio eandem dat. formam in tit. Corcyraeo CI 1869 reperiri, Epirotas atque Corcyraeos simillimo sermone locutos esse, illos satis antiquis temporibus *-ει* pro *-ι* posuisse, cfr. § 10,2 a; G. Meyer, Gr.[3] 451; Thumb, Handb. 200 sqq.

§ 40. Stirpes, quae in consonam dentalem exeunt.

1. Stirps *Ἀρτεμιδ-* apud nostras gentes a IV a. Chr. n. saeculo usitata erat, *Ἀρτεμιτ-* ter in Aetol. titulis legitur; exempla § 1,1 a. enumerata sunt. Utra stirps in Graeca lingua genuina fuerit certe diiudicari non potest, praesertim cum haec vox fortasse alienae sit originis, in cuiusmodi vocibus consonae tenues mediis haud raro mutabantur. Cfr. G. Meyer, Gr.[3] 273; Kretschmer, KZ. XXXIII 466 sqq.

[1]) Quid mihi de forma dat. pl. III declinationis iudicandum videatur, cum omnia attulerim exempla, infra dicam.

2. Stirpes in dentalem exeuntes aliquoties more *ι*-stirpium declinatae sunt: *εὐεργέτιν* Phthiot. 1440,7 *χάριν* Acarn. I Magn. n. 31,23; *Ἄρτεμιν* Epir. I Magn. n. 32,7 et Aetol. ibid. n. 28, 7, 2; haec exempla exeuntis III a. Chr. n. saec. sunt.

3. E ceteris formis earum stirpium, quae aut in simplices dentales *-τ*, *-δ* aut in *-ντ* cadunt, dativi pluralis afferendi sunt, quippe qui in Epir. et Acarn. titulis exitu *-σι(ν)* utantur, in Aetol., Aenian., Phthiot. monumentis iam in *-οις* iam in *-σι(ν)* cadant: Epir. *οὖσιν* I Magn. n. 32,31; *ἐπαγγέλ[λουσι]ν* ibid. vs. 49; *νομίζουσιν* ibid. vs. 14; *Μάγνησιν* ibid. vs. 31. — Acarn. *χρήμασι* 1380 a 13; [1380 b 8; 1380 c 10] (II a. Chr. n. saec.); *χρήμασι* IG. IX 1 n. 445,7; *[χρήμασιν]* ibid. n. 443,8; *χρ[ήμασι]* n. 484,6 (III a. Chr. n. saeculi). *Μάγνησιν* I Magn. n. 31,11; *ἀποσταλεῖσι* IG. IX 1 n. 516,7; *ἐμπεσοῦσιν* ibid. vs. 8. Dat. pl. *ἐννεάδεσσιν*, qui legitur in epigrammate Acarn. Mitt. XXVII p. 342 n. 22,5 (c. a. 100 a. Chr. n. exar.) iuxta usitatos dat. *τρισί*, *γένυσιν*, epicae dialecto tribuerim, quamquam eiusmodi dativos non solum in antiquis Delph. Orient. Locr., El., sed etiam in titulis colonorum Corinth. (Corcyr., Epidamn.) usitatos esse non nescio. — Aetol. *ἀρχόντοις* 1415,24; *νικεόντοις* 1413,16; *ἐπαγγελλόντοις* vv. 23, 26, sed semel *χρήμασι* Ἐφ. ἀρχ. XXIII n. 3,5 (III fere a. Chr. saec.). — Aenian. *[τοῖς ἄ]ρχουσι* IG. IX 2 n. 11,2 (epistula Thessalicae urbis Hypatae reperta). — Phthiot. *χρήμασιν* 1441,12; 1440,9, *χρ[ήμασιν]* 1445,6; *χ[ρήμασιν]* 1446,9 (III—II a. Chr. n. saec.); *χρή[μ]ασι* IG. IX 2 n. 107,10 (prioris II a. Chr. n. saeculi partis); *χρήμασι* ibid. n. 223,7 (litt. ΑΠΣ); *τοῖς ἐντυγχάνουσι* ibid. nn. 219,5; 220,1; — sed: *ἐντυγχανόντοις* ibid. in tit. Lam. n. 66 a 3 (c. a. 170 a. Chr. n. exar.). Tituli 219, 220 Communi sermone, tit. 66 a pura dialecto scripti sunt.

In pacto Thebanorum et Halensium BCH. XXV p. 348 = IG. IX 2 add. X n. 205, quod circa a. 145 a. Chr. n. eius regionis dialecto scriptum est, iuxta dat. pl. *πόλεσι* vs. 11, *κριθέντοις* vs. 18 legitur.

§ 41. Stirpes in *-ν* exeuntes.

1. *λέων λέοντος* primitus *ν-* stirps erat, quae in quibusdam nominibus hominum apparet *Λέωνος*, *Ἀρκολέωνος*, *[Λ]έων* Acarn. Mitt. XXVII p. 334 n. 8 vv. 18, 20, 11; *Λέωνος* supra epigr. Acarn. ibid. p. 339 incisum est; in ipso epigrammate vs. 3 gen. *Λέοντος*. — Aetol. *Λέωνος* *Ἐφ. ἀρχ.* XXIII n. 1,16 (III a. Chr. n. saec.); *Πανταλέωνος* IG. IX 1 n. 411,2 (medii II a. Chr. n. saec.). — Phthiot. *Ἀγρολέωνος* 1456 a 2; *Λέωνος* in lapide est IG. IX 2 n. 73,10, Kern l. c. *[Κ?]λέωνος*, Fick 1450,8 *Λέ[ο]ν[τ]ος* scripsit. Eodem tempore formae *Λέοντος* cet. usurpabantur, e. g. Phthiot. 1449, 5, 7; 1450,7; 1451 a 1; IG. IX 2 nn. 73,9; 89 a 1; Acarn. n. 1389,11.

2. Quo modo stirpes comparativorum in nostris titulis flecterentur, ex rarissimis exemplis non apparet: Phthiot. 1440,3 (aa. 279—193 a. Chr. n. exar.) *πλείονας*; tit. 1447,6, qui probabiliter circa a. 130 a. Chr. n. incisus est, Atticam acc. formam *πλείω (<*πλειοσα)* pro *πλείονα* nobis praebet. In antiquissimo Aetol. sermonis monumento *Ἐφ. ἀρχ.* XXIII n. 1 *πλείονα* vs. 34; *πλειόνων* vs. 29; *πλείονος* vs. 36 reperiuntur. Aenian. *πλ[εί]ονα* IG. IX 2 n. 11,20. De declinatione harum stirpium cfr. Brugmann, Grundr. II 403; G. Meyer, Gr^3. 410; Schweizer, Pergam. Inschr. 159; Meisterhans-Schwyzer, Gr. d. Att. Inschr. 151.

3. Dat. pl. *ν-* stirpium in *-οις* exit: *Ἀκαρνάνοις* Aetol. *Ἐφ. ἀρχ.* XXIII n. 1 in nomine, quo inscribitur hic titulus et vs. 1 (prioris III a. Chr. saec. partis); *Αἰνιάνοις* 1430 b 2 (litt. ΑΓΟοΣ(≶?) probab. ante a. 279 a. Chr. n. incisus, cfr. IG. IX 2 n. 4); 1431 b 6, 8; (II a. Chr. n. saec. v. supra p. 64 adn. 2) sed *Αἰνιᾶσι* in tit. IG. IX 2 n. 10 b 5 legitur, qui titulus I, ut videtur, a. Chr. n. saec. in lapide insculptus est, litt. ĀΠοΣ).

3. *Φοιτιᾶς* tit. Strat. IG. IX 1 n. 442,10 (ineuntis IV a. Chr. n. saec.), qui nominativus addita terminatione -ς

formatus est pro usitato „asigmatico" nom. *Φοιτιάν*. Nomina gentilia, ut *Ἀκαρνάν*, *Ταλαιάν*, *Ἀτιντᾶνι* (dat. sg. Epir. 1336,1) *ν*- stirpibus utuntur, sed semel in tit. versibus composito Aenian. 1438,5 *Αἰνιέων* invenitur, quod ad nom. *Αἰνιεύς* referendum est. V. Indices Baunackii et Hilleri; Fick, adn. ad tit. 1438.

§ 42. Stirpes in liquidas cadentes.

1. -*τηρ* : -*τᾱς* (*της*). Suffixo -*τηρ*, cui in multis Graecae linguae dialectis, praecipue in Attica, recentiore aetate -*τᾱς*, (-*της*) respondet, nomen agentis *βεβαιωτήρ* formatum est: Acarn. IG. IX 1 n. 447,9 et restit. ibid. n. 448,8 (II a. Chr. n. saec.); Aetol. 1428 i 7 (eiusdem fere aetatis). In ceteris huiusmodi vocabulis -*τηρ* suffixo -*τᾱς*, (-*της*) summotum est: Acarn. 1389,14 *αὐλητάς*, quod ad *αὐλέω*, *αὐλός* „tibia" refertur; deinde nom. pl. *δικασταί* Aetol. 1415,2; Aenian. 1432 a 6; 1432 b 5; *δικαστάς* IG. IX 2 n. 8,6. Cyprio *ἰjατήρ*, Homerico *ἰατήρ*, vulgaris atque usitata forma -*ιατρος* respondet: Phthiot. 1447,5 *ἱππιατρός*. Apud vicinas gentes Phoc. Delph., Locr., Corcyr. non solum *βεβαιωτήρ* sed *δικαστῆρας* (Locr.) 1478,32, *διορθωτήρ* (Corcyr.) servata sunt.

2. De stirpibus *μαρτυρ*- : *μαρτυρο*- cfr. Brugmann, Gr.[3] 179; Schulze, Quaest. ep. 518 add. ad p. 134. De origine huius vocis egit Kretschmer, KZ. XXXI 447. — In Epir. titulis *μάρτυρες* sexies scriptum, decies restitutum est, porro in arbitriis Aetolorum 1415,32 et IG. IX 2 addenda p. XI, III a 17. — In his titulis *μάρτυροι* invenitur: Acarn. IG. IX 1 n. 447,13 (II a. Chr. n. saec.). Aetol. 1425,7 (aa. 338 –189 exar.) et restit. 1426,6 (eiusdem aetatis atque antecedens); 1428 i 8 (medii II a. Chr. n. saec.). De Phoc. et Locr. dialectis v. Thumb, Handb. 191.

3. Accusativus pl. stirpium in consonam exeuntium in nonnullis dialectis (Delph., Ach., Mess., El., in Vulgari sermone) eadem terminatione -*ες*, qua nominati-

vus formatus est. Semel, quantum ego comperi, invenitur haec forma: *στατῆρες* Phthiot. 1448 a 3 (II a. Chr. n. saec.). Cum vero *τοὺς στατῆρας* saepissime in Phthiotarum titulis eiusdem et recentioris aetatis, etiam in eis, qui Communis sermonis propria habent, usitatum sit, illud *στατῆρες* in sermone eorum non viguisse apparet; quare hoc aut mendum esse Phthiot. lapicidae aut a peregrino (Delph.) quodam homine, qui suam paternam dicendi conseutudinem servaret, incisum esse putaverim.

4. Aenian. IG. IX 2 n. 34,5 (I, ut videtur, a. Chr. n. saeculi, litt. ΑΆΤΟΣ) dat. pl. in *-σι* exiens suppletus est *Σω[τῆρσι]*.

5. *Πείαλος* (gen. sg.), quod nomen gentile legitur in tit. Epir. 1352,2 atque ad oppidi nomen *Πιάλεια· πόλις Θεσσαλικὴ ὑπὸ τὸ Κερκετικὸν ὄρος* (Steph. Byz.) refertur, pro genetivo *Π(ε)ιαλέος* (nom. *Π(ε)ιαλεύς*) est. Nostra forma *Πείαλος* ad normam nom. pl. *Π(ε)ίαλες*, quod usitatam formam *Π(ε)ίαλεις* < **Π(ε)ίαλεες* summoverat, ficta est. Haud aliter nom. pl. *Ὄμφαλες* 1347,6 et *[Ὄμφαλ]ες* ibid. vs. 14 (pro *Ὄμφαλεις*) genetivum sg. *Ὄμφαλος* evocavit: Epir. 1334, 5, 8 et, restituta terminatione, 1335,3 et totum suppl. 1335,5.

§ 43. Stirpes in -ς exeuntes.

Ad ea quae § 22, B 8, 9, 10 a, 11 de formis -ς stirpium egi, haec addenda videntur:

1. Nomina hominum in *-ης* cadentia genetivis in *-ου* iuxta usitatos genetivos in *-εος* aut *-ους* exeuntes aliquoties utuntur: In titulo Phthiot. IG. IX 2 n. 1321, qui III a. Chr. n. saec. insculptus est, *Κλευφάνου* vs. 7, et suppl. *Πασιμ[ή]δ[ου]* vs. 27 iuxta *Σωσιγένους* vs. 34 est; *Σωτέλου* ibid. n. 113,3, tit. incertae aetatis, cfr. BCH. XVIII 312 n. 4. *[Δι]ομ[ή]δ[ου]* ibid. n. 157 b 2 = 1466 b 2 (litt. ΑΓ) *[Δι]ομήδ[εος]*; utra forma supplenda sit, certe diiudicari non potest; fortasse *°[ους]*, quae forma in

Phthiot. tit. huius aetatis frequenter exstat, restituere debemus. — *Καλλιτέλου* ibid. n. 231,2 (litt. A). In Acarn. titulo litteris AO insculpto gen. *Ἡρακλείου* legitur. [1]) Quantum ex his paucis exemplis cum eis, quae § 22, 10 a enumeravi, collatis apparet, genetivus in *-ου*, qui popularis sermonis proprius erat, rarissime in nostris titulis invenitur. Aliunde huius rei exempla collegerunt Nachmansson, Magn. Inschr. 135 sqq.; Schweizer, Pergam. Inschr. 153; Meisterhans-Schwyzer, Gr. d. Att. Inschr. 134; Mayser, Gr. d. Gr. Pap. 277, alii.

2. Ea nomina hominum, quae in *-κλεας* pro *-κλεης*, *κλης* cadunt similiter atque *-α* stirpes declinata sunt. V. § 2, 1 b p. 14.

3. Dat. pl. in *-σι* desinit: Aenian. *ἤθεσι* 1438,4; Acarn. *λιγυάχεσι* Epigr. Mitt. XXVII p. 339, n. 21,1 (II a. Chr. n. saec.).

Quantum e paucis titulorum testimoniis apparet, Epirotae et Acarnanes aliter atque Aetoli, Aenianes, Phthiotae dativum pl. III declinationis *ι, υ, ευ, τ, δ, ν, ρ, σ*-stirpium formabant: illi enim solo exitu *-σι(ν)*, hi et *-σι(ν)* et *-οις* utebantur. Sed valde dolendum est, quod non nisi in uno Epir. titulo I Magn. n. 32 (c. a 200 a. Chr. n. exar.) huius rei exempla reperiuntur, et ea quidem affixo *ν* ephelcystico corruptam dialectum indicant (v. Sommer, IF. XXV 307 et supra § 34). In Acarnanum titulis III—II a. Chr. n. saeculi *-σι(ν)* octies scriptum est, quater restitutum (quorum exemplorum quattuor in titulis versibus compositis sunt). In monumentis Aetolorum sermonis (III—II saec.) *-οις* quater decies est, *-σι* semel, in tit. *Ἐφ. ἀρχ.* XXIII 1,26; qui exitus fortasse ex Acarn. sermone se insinuavit, *-σιν* ibid. n. 3,5 (III a. Chr. n. saec.?) e Communi sermone irrepsisse putaverim. Aenianum tituli III—II saeculi quater *-οις*, I a. Chr. n. saeculo ter *-σι* exhibent,

---

[1]) Hanc miram formam mendose pro *Ἡρακλείτου* (1380 a 4; 1380 c 4) exaratam esse crederes, nisi aliis similibus affirmaretur, Nachmansson, Magn. Inschr. 138.

semel restitutum est. Phthiot. tituli novies (et bis restit.) -*σι(ν)*, bis -*οις* exhibent in titulo Lamiensi IG. IX 2 n. 66 a 3 et in pacto inter Thebanos et Halenses c. a. 150 a. Chr. n. facto. Cfr. ea exempla, quae §§ 37—43 attuli et Sommer, IF. XXV 305 sqq.

§ 44. Pronomina

1. Nom. pl. articuli *τοί*, quae forma apud Dores, Occidentales Graecos, Boeotos usitata erat, in titulo Epir. 1370,4 [1]) et in pacto inter Aetolos et Acarnanes c. a. 275 a. Chr. n. facto *'Εφ. ἀρχ.* XXIII n. 1 vv. 13, 26, 28 invenitur iuxta *οἱ* vs. 12. Inde ab exitu IV vel initio III a. Chr. n. saeculi Att.-Communis sermonis forma *οἱ* in locum *τοί* successit: Epir. 1336,1 (aa. 313—295 exar.). — Acarn. IG. IX 1 n. 520 (litt. ΑΠΟΣ). — Aetol. nn. 1409, 1415, III saec.; n. 1411 et IG. IX 1 n. 415, III—II saec.; *αἱ* 1411,17. — Aenian. 1431, 1432, 1435 (II saec.). — Phthiot. quinquies in tit. 1461 I et II (med. II saec.) et restit. 1444,5. De *τοί* : *οἱ* v. G. Meyer, Gr.[3] 521; Buck. Gr. D. p. 92 et tab. I; Solmsen, Rhein. Mus. LX 148 sqq.

2. Eodem modo atque articulus pronomen demonstrativum *ὅδε* in nom. pl. et *τοίδε* et *οἵδε* habet; vel in eodem titulo utraque reperitur forma: Epir. 1335,3 *τοίδε*, ibid. vs. 8 *οἵδε*; *τοίδ[ε]* 1355,3.

3. Singularis et permira est accusativi forma *αὐτονί*, quae legitur in titulo Epir. 1339,9 (exeuntis III a. Chr. n. saec.), quippe cum in eodem versu usitata forma *αὐτόν* inveniatur atque, quantum ego comperi, pronomini *αὐτός* neque -*ι* deicticum neque particula -*νι* umquam affixum sit. Accedit quod demonstrativa *ὄνε*, *ὄνι*, *ὄνυ*, quibus haec nostra forma similis est, Aeolicarum dialectorum propria, in nostris titulis prorsus inusitata inauditaque sunt. Quare *αὐτονί*, quoad nova exempla, quibus

---

[1]) BB. III 282 idem editor Fick lapidis scripturam *τοιναικοι*, quam ibid. dedit, nulla adnotatione facta *οἱ ναικοί* reddidit.

affirmetur, e solo Graeciae effossa erunt, mendum lapicidae esse contenderim. Cfr. Meister, IF. XXV p. 312 sqq.; Kühner-Blass, Ausf. Gr. II, 1, 620.

4. Ad ea quae de *ἑαυτ-* : *αὑτ-* : *αὐτ-* § 22 C 7 p. 97 dixi haec addam: cum stirpis *αὑτ-* in nostris titulis usurpatae nullum exemplum sit, etiam hisce locis *αὐτ-* scribendum est:[1]) Aetol. IG. IX 1 n. 396,3 = 1418,3; IG. IX 1 n. 397,3; ibid. n. 415,5; Acarn. n. 521,3 = n. 3175 ap. Coll. — Aenian. IG. IX 2 n. 37,5 = 1433. — Aetol. *Ἐφ. ἀρχ.* XXIII nn. 1,34; 5,5; 6,4. Pronomen *αὐτός* bis repetitum aliquoties pro reflexivo usurpatum est: Epir. *αὐτοι ἀπ' αὐτῶν* 1359,4. Acarn. IG. IX 1 n. 516 (medii II a. Chr. n. saec.) *αὐτοσαυτοῦ* vs. 5, *⁰[οῦ]* vs. 9; *αὐτόσαυτον* vs. 6. — Aetol. *αὐτοὶ ποτ' αὐτούς* *Ἐφ. ἀρχ.* XXIII n. 1,7. — Aenian. *αὐτόσαυτον* 1431 b 7 et IG. IX 2 n. 36,1; *αὐτοσαυτῶν* ibid. n. 8,12.[2]) *αὐτ-* cum sequente *ἑαυτ-* coniunctum est: *αὐτοὶ πὸθ' ἑαυτούς* vs. 10, *αὐταῖς πὸθ ἑαυτάς* vs. 11 in tit. Phthiot. IG. IX 2 addenda p. X n. 205 (medii II saec.).

5. E personalium pronominum formis hae afferantur: *ἐγὼ δ'ὑπὸ* Acarn. Mitt. XXVII p. 342 n. 22,7; gen. *μου* ibid. vs. 9 vulgarem habet formam (G. Meyer. Gr.[3] 510 sqq.); dat. *μοι* ibid. vv. 7, 9 et Aenian. IG. IX 2 n. 22,4; acc. *με* Acarn. IG. IX 1 n. 440, 1, 4: nihil singulare praebent. Aetol. I Magn. n. 91 d 7 nom. *ἀμές*, qui excepta Ion-Att. dialecto ubique invenitur, suppletus est.

6. In decreto foederis Aetolici 1409,5 (intra aa. 250 —220 facto) dat. pl. *τινοις* reperitur; qua de forma cfr. § 43,3; Brugmann, Gr.[3] 244; G. Meyer, Gr.[3] 528 sqq.

7. Pronominis indef. relat. *ὅστις*, quod e. g. in vicinorum Locr. tit. 1478 reperitur, in titulo Lamiensi IG.

---

[1]) Cfr. scripturas Kernii et Fickii, Dittenbergeri et Fickii, quae inter se distant.

[2]) De variis formis huius pronominis, quod saepissime in Delph., Boeot. titulis usurpatum est, neque in Occidentalibus dialectis inusitatum est, v. Buck, Gr. D. 92.

IX 2 n. 66 a 11 (II a. Chr. n. saec.) forma *οἵτ[ι'ν[ε]ς* usurpata est.

§ 45. De numeralibus.

1. *μίαν* Aetol. 1413,32; alius originis est *ἴα*, quod in Lesb., Thess., Hom., Boeot. dialectis exstat. Brugmann, Gr.[3] 211, 124; G. Meyer, Gr.[3] 92, 495; Buck, Gr. D. 87, 295. — De *πρῶτος* v. § 22 B 12.

2. *δύο* dativus est: *[ἐν στ]άλαις λιθίναις δύο* Aetol. 1413,32 (exeuntis III a. Chr. n. saec.), *ἐπὶ τοῖς δύο στεφά[νοις...]* Aenian. IG. IX 2 n. 44,6 (variis litteris inferioris aetatis incisus). Eadem forma accusativus est: *δόντες... δεινάρια εἴκοσι δύο* Aenian. IG. IX 2 n. 13,5 (litt. ΔΠΟΣ); *ἐγ κίονας δύο* vs. 14 et *εἰς κίονας δύο* ibid. vs. 20 in pacto Thebanorum et Halensium a. 145 a. Chr. n. facto IG. IX 2 add. p. X n. 205. Aliae formae huius numeralis in nostris titulis non inveniuntur. G. Meyer; Gr.[3] 495 sqq.; Schweizer, Pergam. Inschr. 163; Meisterhans-Schwyzer, Gr. d. att. Inschr. 157; Mayser, Gr. d. Gr. Pap. 313.

3. Accusativi *τρεῖς* (<**τρεϳες*, § 22 A 2) 1415,25 et IG. IX 2 n. 66 a 11; *τρία* 1415,23 neutr. in omnibus dialectis frequentati sunt; *τριῶν* ibid. vs. 22, Epir. 1354,3; Phthiot. IG, IX 2 n. 89 b 20; dat. pl. *τρισί*, v. § 37,3. — In composito est adverbium *τρις-* (quod in Attide usurpabatur) *[τρ]ισκαιδεκάτῃ* Aenian. IG. IX 2 n. 25 a 3. — Stirps huius numeralis ordinem significantis *τριτο-* Aenian. 1431 b 2; Phthiot. IG. IX 2 n. 89 b 20.

4. Ut in antecedentibus (§ 1, 1 c) dixi, nostri tituli solam formam *τεσσαρ-* agnoscunt, iuxta quam in Communi sermone interdum *τεσσερ-* usurpatur: *τεσσαράκοντα* Aenian. IG. IX 2 n. 56,8; Phthiot. IG. IX 2 n. 66 a 13 (c. a. 170 a. Chr. n.). De his variis formis egerunt Schweizer, Pergam. Inschr. 163 sqq.; Thumb, Hellenis-

mus, 72; Nachmansson, Magn. Inschr. 146. — *τετϱα-* saepissime in compositis inest, *τετϱάμηνον* 1415,30; *τετϱαπάχει* IG. IX 2 n. 66, a 10.

5. *χῑλιοι* : *χείλιοι*. Nostrae dialecti *ῑ* habent: Aetol. *Ἐφ. ἀϱχ.* XXIII n. 1 (prioris III a. Chr. n. saeculi dimidii) *χιλίοις* vv. 26, 28; *τϱισχιλίοις* ibid. vs. 30. Acarn. I Magn. n. 31,27 (c. a. 200 a. Chr. n. exar.) *χιλίοις*. In pacto Acarnanum et Pyrrhi, regis Epirotarum, magistratum quendam Acarnanum *οἵ χίλιοι* nominari Oberhummer, Akarnanien pp. 216, 291, 298 et Preuner, Mitt. XXVII p. 351, docent. — *χειλ-* non ante quam *ει* et *ῑ* commisceri coepta sunt (v. § 10,2), usurpatum est: Phthiot. IG. IX 2 n. 56, 2, 4 (litt. ΑΠC) *χείλια* [1]); ibid. n. 185,10 (infer. aetat.). Variae huius vocis formae haudquamquam ad duas primarias formas **χέσλιοι* : **χίσλιοι* revocandae sunt, immo ad unam eandemque **χεσλιοι*, unde Ion. *χείλιοι*, Lac. *χήλιοι*, Lesb., Thess. *χέλλιοι* ex legibus Graecae linguae conformaverunt. In eis Graeciae partibus, in quibus *e*-sonus, qui productione ortus erat, semper satis clausus pronuntiabatur, multo antea quam apud ceteras gentes in *ι* transiit. Quod cum apud vicinos Locros iam priore V a. Chr. n. saeculi dimidio factum sit (1478,39 *χιλιῶ*) atque *ει* spurium non solum in dialectis Locrorum [2]) et Corinthiorum sed etiam in sermone ipsorum Epirotarum *ι* vocali simillimum esset, cur *ῑ* pro *ει* spurio in voce *χῑλιοι* usurpatum affectationi Atticae dialecti attribuendum sit, ut contendit Wackernagel l. infra c., plane nescio, quippe cum tit. *Ἐφ. ἀϱχ.* XXIII n. 1 (ubi *χίλιοι* invenitur) nulla Atticorum propria nobis praebeat. Hoc exemplum optime congruit cum eis, quae de *ῡ*-sono et de *ει* : *ι* promiscue usurpatis supra dixi. Cfr. §§ 5, 10; Wackernagel, IF. XXV 329.

---

[1]) In hoc ipso titulo vs. 7 *Τειμοκϱάτους* scriptum est.

[2]) Phoc. tituli 1555 e, f, qui huius rei exempla exhibent, I *post* Chr. n. saeculi sunt atque *ει* et *ι* promiscue habent: *χειλίων* f 8, sed *δισχίλια* ⁰*λίων* f 13, 17; ⁰*χίλια* e 14. *χιϱόγϱαφον* f 28 : *χειϱ*⁰ e 8; *δεινάϱια* : *δινάϱια* cet.

6. Ex eiusmodi compositis, quae iure *α* in compage habebant, ut *τετρα- δεκα- ἑπτα- μηνος*, hoc *α* ad alia translatum est: *πενταετηρίδα* Acarn. I Magn. n. 31; *εἴκοσι πενταέτης* Epigr. Acarn. Mitt. XXVII p. 349, vs. 5; *ἑξά-]μηνον]* Phthiot. IG. IX 2 n. 133,2; 1461 I 3, 43 (ap. Coll.) et suppl. Aetol. 1412 a 1. V. Brugmann, Gr.[3] 168; Nachmansson, Magn. Inschr. 147; Schweizer, Pergam. Inschr. 164; Mayser, Gr. d. gr. Pap. 315.

7. In numeralibus inter se coniungendis nostrae gentes, morem Atticorum secutae, numerali, quod maiorem indicat numerum, cetera numeralia *και* particula non interposita affigebant; substantiva iam praeponebant, iam postponebant e. g. *τοὺς δέκα πέντε στατῆρας* Phthiot. 1448 a 3; 1449,3; 1450,2; *στατῆρες (°ας) δέκα πέντε* ibid. 1461 I duodevicies, 1461 II undevicies repetitum est. *ἑκατὸν εἴκοσι [πέν]τε* IG. IX 2 n. 89 b 34. Cfr. Meisterhans-Schwyzer, Gr. d. att. Inschr. 159; Hazidakis, Einleitung 150; Nachmansson, Magn. Inschr. 147; Schweizer, Pergam. Inschr. 165 adn.

8. *Πεντεκαιδεκάται* Phthiot. 1439,4 (aa. 279—193 exar.) et *[τρ]ισκαιδεκάτη* Aenian. IG. IX 2 n. 25 a 3 (litt. ΑΠΟΣ). Huiusmodi composita in titulis Pergam. et in papyris circa medium II a. Chr. n. saeculum, in Attide non multo ante pugnam ad Actium commissam in usum venerunt. Cfr. Schweizer, Pergam. Inschr. 165; Meisterhans-Schwyzer, Gr. d. att. Inschr. 163; Mayser, Gr. d. gr. Pap. 318; Kühner-Blass, Ausf. Gr. I 629; Viereck, Sermo Graecus 59.

B. De coniugatione verborum.

§ 46. Terminationes personarum.

1. Activum.

a) Indicativus.

α) Terminationes primariae quae dicuntur.

III p. sg. verborum in *-μι* genuinam terminationem *-τι* (= Scrt. *-ti*) in nostris ut in omnibus Occidentalibus

dialectis diu servavit. Exempla § 28, 1 a, *α* attuli. — III p. pl. *ω*- verborum in eisdem dialectis in -*ντι* (= Scrt. -*nti*) exiit.

-*μες*, quod nativa terminatio I p. pl. (cfr. Scrt. -*mas*, Lat. -*mus*, <**mos*) fuisse videtur, in Doricis et Occidentalibus dialectis servatum,[1]) in uno nostrarum dialectorum monumento, quod ineuntis II a. Chr. n. saeculi est, I Magn. n. 91 d 7—8 invenitur: *[ἄμες κοί]νομες*.

β) Terminationes secundariae.

III p. pl. aoristi passivi, postquam longa vocalis *η* ante connexam seriem consonarum, quarum prior nasalis erat, correpta est, in -*εν* <*-*ηντ* exiit. Attamen Epir. I Magn. n. 32,40 *διελέγην* reperitur; alia eiusmodi formae apud Hom., in titulis Cret., Corcyr., Delph. inveniri docet Buck, Gr. D. 104.

Acute et iure, ut mihi videtur, Dittenberger (IG. IX 1) et Bechtel (Hermae XXXI 318 sqq.) „uterque sua sponte" in vetusto titulo Stratiorum n. 442,9 ex lapide ΕΣ III personam sg. *ἦς* (= Att. Ion. *ἦν*) reddiderunt. Eandem formam D. in tit. Acarn. IG. IX 1 n. 516,7 (II a. Chr. n. saec.) *παρ[ῆ]ς* haud inepte restituit. In ceteris nostrarum dialectorum monumentis vulgaris forma *ἦν* reperitur: Epir. I Magn. n. 32,11 (c. a. 200 a. Chr. n. exar.) *ἦν*; Aetol. ibid. n. 91 d 5, 3 *ἦν* (ineuntis II a. Chr. n. saec.); *[ἦ]ν* IG. IX 2 n. 7 a 12 v. Indices, Hiller et Corrigenda p. VIII; *ἦν* Phthiot. IG. IX 2 n. 89 a 29. (II a. Chr. n. saec.). Quod Dittenberger l. c. *ἦς* Doricam esse formam dixit, equidem approbare non possum, cum *ἦς* non solum in Acarn., Corcyr., Delph., Epid., apud auctores Dorico sermone usos, sed etiam in Boeot., Arcad., Cypr. dialectis inveniatur. Probabiliter *ἦς* (<**ησ-τ* = Ved. Scrt. *ās*) antiquissima aetate in omnibus Graecae linguae

---

[1]) Cfr. G. Meyer, Gr. 542; Thumb, Handb. 183; Buck, Gr. D. 141 et tab. I. Tituli Locr., El., Rhod. exempla I personae pl. non praebent. Delph. tit. 2502 (IV a. Chr. n. saeculi) et -*μες* et -*μεν* habet, Phoc. -*μεν* II a. Chr. n. saeculo usurpabant.

dialectis usitatum erat, dum primum in Att. Ion. dialecto summotum est forma ἦεν (Hom.) ∼ ἦν, quod antea III pluralis persona fuerat (cfr. *ησεν = Scrt. *āsan*), postquam huic antiquae III pluralis personae ἦεν ∼ ἦν nova forma ἦσαν, ex analogia orta, substituta est. Facere non possum, quin allatis quibusdam exemplis haec illustrem: Tit. Delph. n. 2502 (IV a. Chr. n. saec.) ἦς = ἦν vs. 145 et ἦν (παρῆν) = ἦσαν vv. 137, 148 nobis praebet; insuper ἦν III *pluralis* persona est in nn. 2518 et 2652. ἦν, quod legitur in lege Locr. Hypocn. 1478,9 (V a. Chr. n. saec.) fortasse = ἦσαν est, nam excepta Att. Ion. dialecto III sg. ἦν inusitata erat. — V. Buck, Gr. D. 215 adn. 9; Bechtel, Hermae, XXXI 319 adn.

Exitus III pluralis personae est *-αν* et *-σαν*, quorum hic Communis sermonis aetate ab aoristo I (sigmatico) ad aoristum II et imperfectum et optativum translatus est. Cfr. inter se quae de hoc re disputaverunt Buresch, Rhein. Mus. XLVI 193 sqq.; Kretschmer, Entstehung 9 sqq.; Schweizer, Pergam. Inschr. 166 sqq.; praeter eos, qui ab S. afferuntur Nachmansson, Magn. Inschr. 148 sqq. Thumb. Hellenismus 198 et Handb. 191, 197; Winer-Schmiedel, Gr.[8] 112 sqq.; G. Meyer, Gr.[3] 546. — III personam pl. optativi παραμείναισαν, quam formam Kretschmer et Meyer iniuria Aetolis attribuerunt, in Locrorum Occidentalium titulo manumissorio (II ut videtur saeculi) invenitur, cfr. IG. IX 1 n. 379,13 = J. H. St. XIII 343. Formae ἔδωκαν : ἔδοσαν altera iuxta alteram in nostris titulis reperiuntur: ἔδοσαν Aenian. 1429 a 1, qui titulus paulo post mortem Alexandri incisus est, ἔδωκαν Epir. 1334,8; 1336,2; [1341,7]; Phthiot. 1445,1; 1461 II 59 et partim suppl. 1444,5; 1446,5. Ceterum terminatio *-σαν* non nisi suo loco posita est. Quare numerosa exempla omisisse satius erit.

Adn. Exitus *-ν* neque exitu *-αν* (quod in Boeot., Cypr. dialectis factum est) neque *-εν* (ut apud vicinos Thessalos et Delphos) substitutum est. Cfr. G. Meyer, 547; Hoffmann, Gr. D II 319; Buck, Gr. D. 104.

b) De ηι : η : ει in III persona singularis usurpatis supra § 17, 1 b disputavi.

c) Imperativus.

II p. sg. Epirotae sola stirpe usi sunt: *πῶ* et *σύπω* 1376, 1377 v. E. Fraenkel, IF. XXVIII, III p. 242. — III p. pl. Terminatio *-ντω* ut in Dor. (excepta Cretica), Boeot., Arcad. dialectis usitata erat: arbitrium Aetol. 1415 (exeuntis III a. Chr. n. saec.) haec praebet exempla: *μισθούντω* vs. 15; *συναποτινόντω* vs. 18; *λαμβανόντω* vs. 27; *ἐμφερόντω* vs. 20; *ἀποδόντω* vs. 21.[1]) — Exitus imperativi *-τωσαν*, qui in Attide ab a. 300 a. Chr. n. usurpari coeptus est atque inde in complures dialectos translatus est, in pacto Thebanorum et Halensium legitur, quod c. a. 145 a. Chr. n. incisum est, IG. IX 2 addenda p. X n. 205 *ἀναθέτωσαν* vs. 20; *ἀποτεισάτω[σαν]* vs. 18. V. quae de *-τω* : *-ντω* : *-ντων* : *-τωσαν* in lingua Graeca usurpatis disputaverunt Ahrens, Dial. II 296 sqq.; Boisacq, Dial. Dor. 108; Brugmann, Gr.^{3} 342; Buck, Gr. D. 106 et tab. III; Meisterhans-Schwyzer, Gr. d. att. Inschr. 167; Nachmansson, Magn. Inschr. 149; Mayser, Gr. d. gr. Pap. 327.

2. Medium (Passivum).

a) Indicativus.

In carmine inferioris aetatis valde corrupto IG. IX 2 n. 204, 6, 7 pro usitatis medii personis in *-μεθα* exeuntibus activi generis personae *κῖμεν*, *ἔ[σ]θομεν* reperiuntur, cfr. § 12,2.

b) Imperativus. III persona singularis in *-σθω* exit; ex hac forma III pluralis persona affixo *-ν* formata est, quae non solum Herod. et Attic. sed etiam plurimarum Doric. dialectorum propria erat. Ahrens, Dial. II 297; Brugmann, Gr.^{3} 343. G. Meyer, Gr.^{3} 651 sqq. Nostra exempla in eodem ipso Aetol. arbitrio n. 1415 sunt, ubi imperativi activi generis reperiuntur (mom. 1, c huius §): *ἀποδόσθων* vs. 13; *ἀποπορευέσθων* vs. 18; *χρήσθων* vv. 17, 28.

---

[1]) In hoc versu Kern IG. IX 2 n. 205 *ἀποδόντων* scripsit. Haec forma, quae a ceteris discrepat, si vera est, ex Att. Ion. sermone petita vetustae atque propriae *-ντω* successit.

§ 47. De augmento.

1. In titulis, qui soluta oratione scripti sunt, augmentum quod vocant syllabicum semper suo loco positum est et in verbis simplicibus, ut *ἔδοξε, ἔδωκε, ἐποίησαν, ἐκέλευσα, εἴσατο (ει- <*εσε-)* cet. et in compositis, e. g. *ἀνέθηκε, ἐπέβαλλε, ἐξεπρίατο, μετεχειρίζετο, παρεπεδάμησαν;* in iis vero titulis, qui versibus heroicis sunt compositi, augmentum more epicorum interdum omissum est: *[θ]ῆκαν* Acarn. IG. IX 1 n. 440,2; *θάνε* ibid. n. 521,4; *φιλέεσκεν* Mitt. XXVII p. 339 n. 21,5.

2. Augmentum temporale plerumpue positum est: *α*) *ἠλευθερώθη* undecies est in tit. Phthiot. 1451 a, b, c et sexies partim aut totum restit. ibid. — Aetol. *[ἀπη]λευθέ[ρ]ωσεν* IG. IX 1 n. 412,2. In titulis versibus scriptis *α* et *ο* in *ᾱ* et *ω* producta sunt: *ἆγε* epigr. Acarn. Mitt. XXVII p. 342 n. 22,6, *ὤλεσε* ibid. vs. 4; *[ὤ]λετο* p. 339 n. 21,6 ex metro suppletum est. Quare *ἀξίουν* Aetol. 1411,9 et *ἀξίουγ* Epir. I Magn, n. 32,16 longum *α* habere concluserim. *διωλεσ...* Epir. 1366,4 incertum est. Cfr. Boisacq, Dial. Dor. 184 sqq.

β) Augmentum omissum est in verbo composito: *ἀπελευθέρωσε* Phthiot. IG. IX 2 n. 102 b 4 et *ἀπε[λευ]θέρ[ωσεν]* ibid. n. 228 b 14, deinde in iis verbis, quae a diphthongis *-οι* et *ευ* incipiunt: *οἴετο* Epir. 1339,8; *εὔξατο* Epir. 1374,1; suppl. *[συνευδόκ]ησεν* Phthiot. IG. IX 2 n. 89 a 31. V. Schweizer, Pergam. Inschr. 172 sqq.; Brugmann, Gr.[3] 72; Winer-Schmiedel, Gr.[8] 100 sqq.

§ 48. De praesentis, aoristi, futuri stirpibus.

1. Praesens. Verba in *-ανω* exeuntes suam vetustam formam servaverunt: *ἐλάμβανον* vs .23; *λανβανόντω* vs. 27 in arbitrio Aetol. 1415 (exeuntis III a. Chr. n. saec.); sed in tit. Aetol. 1413, qui aa. 179—172 a. Chr. n. incisus est, pro antiquo *αὐξάνω* Atticum *αὔξω* positum est: *συναύξων* vs. 2. V. Meisterhans-Schwyzer, Gr. d. att. Inschr. 176; Nachmansson, Magn. Inschr. 154; Schweizer, Pergam. Inschr. 175.

Imperfectum ἀνενηοῦντο,[1]) quod legitur in Aetol. titulo 1411,4 (ineuntis II a. Chr. n. saec,), cum Delphicis formis συλήοντες (nn. 2100 et 2107) ποιήοισαν (BCH. XXII n. 56.), Lesb. ἀδικήει, Thess. κατοικείουντι, Phoc. κλαρώειν; Boeot. δαμιωέμεν ceteris comparandum est. Cfr. Thumb. Handb. 192, 244; Buck, Gr. D. 115, 297. Ut in vicinorum Delph. et Locr. dialectis in nostris dialectis verba contracta in -εω pro -αω ceciderunt Aetol. νικεόντοις 1413,16; I Magn. n. 91 c 7; cfr. §§ 4 b adn. et 22 B 4; Buck, Gr. D. 116; Thumb, Handb. 192, 199. —

De verbo χρῆσθαι in antecedentibus egi, § 4 p. 35. Participium perfecti temporis ἀγνηκώς, quod legitur in decreto Aetol. 1413,5 et ἀχνηκότας ibid. (v. § 26,3) 1411,14 ad praesentis formam ἀγνέω (= ἄγω) referendum est; sed cum in aliis dialectis tum in Aetolorum sermonis monumentis vel in eisdem titulis, in quibus hae formae sunt, praesentis formae ἄγηι (1411,12), ἄγη (1413, 5, 20) reperiuntur. V. G. Meyer, Gr.^{3} 587; Buck, Gr. D. 116; Thumb, Handb. 199.

-εω : -ευω. In verbo θεοκολεύουσας IG. IX 1 n. 417,3 = 1428 i 3 Dittenberger -υ- perperam additum esse in transscribendo dixit, ut in initio eiusdem versus in nomine Νικολέ<υ>[ω]νος, quod nomen Fickio dubium visum est. In Aetol. titulo 421,3 vulgaris huius verbi forma θευκολήσασαι reperitur. Verbum ταγεύω, ut in Thessal. et Delph. titulis apud Lamienses in usu erat: [1447,2]; IG. IX 2 n. 66,1; ταγέω, qua forma Aeschylus (Persae 764) usus est, non invenitur.

2. Aoristus eorum verborum, quae in praesenti tempore in -ζω (<*δjω) exeunt, e stirpe in gutturalem cadente formatus est: Epir. ἀπελογίξαντο I Magn. n. 32, 14; ἐνεφάνιξαν ibid. vs. 10. Aetol. 1413 ὁρίξη vs. 18; ῥυσιάξη et ἀποβιάξαιτο vs. 20; καταχωρίξαι 1411,17. Ἐφ. ἀρχ. XXIII n. 1 τερμάξωντι vs. 9; τερμαξάντω vs. 8; ἐνεφάνιξαν ibid. n. 8 γ vs. 8. In locum harum formarum quae, in titulis III—II a. Chr. n. saeculi reperiuntur atque omnium

[1]) Hanc formam Baunack, Index, scripsit. Fick ap. Coll. ἀνενεοῦντο reddidit. Nihil de variis scripturis adnotaverunt.

nostrarum dialectorum propriae sunt, II saeculo vulgares formae -σ- paulatim successerunt: ἐξεδίκησαν, Aenian. 1432 b 2 (priore II saeculi dimidio exar.), quod Fick iure in ^{0}-κασαν immutavit (v. § 4 p. 36). In titulo Acarn. IG. IX 1 n. 485 b 11 (III a. Chr. n. saec.) Preuner, Mitt. XXVII p. 347 ἐτέρμασαν scriptum esse contendit, antea hoc loco nomina propria *'Ετεόμα[χος]* vel *'Ετεόμα[ς]* restituerunt, porro ψηφισαμένης, quod est in Aenian. titulo IG. IX 2 n. 45,7 Communi sermone scripto. Cfr. quae de -ξ- dicendi consuetudine egerunt Nachmansson, Magn. Inschr. 164 et ii, qui ab eo enumerantur atque insuper Thumb. Handb. 183 et Buck Gr. D. 107 et tab. I, qui exemplis allatis hanc formationem non solum Doricarum sed etiam ceterarum occidentalium dialectorum propriam fuisse affirmat.

Aetate Communis linguae α- aoristus aoristum II paulatim summovebat; nostri tituli unum huius rei exemplum praebent: εἴπαντος, quod legitur in Phthiot. tit. 1447,5 (= IG. IX 2 n. 69,5) II a. Chr. n. saeculi. Cfr. Schweizer, Pergam. Inschr. 181; Winer-Schmiedel Gr.[8] 111; Meisterhans-Schwyzer, Gr. d. att. Inschr. 184.; Nachmansson, Magn. Inschr. 164, 166; Mayser, Gr. d. gr. Pap. 362.

3. Futurum quod vocant Doricum (-σεω) quamvis in nostris titulis non reperiatur, nihilo secius a nostris dialectis alienum fuisse contendere nolim, sed casu factum esse putaverim, ut eius exempla absint. Fut. συνθύσοντας Acarn. I Magn. n. 31 et Epir. 32; ποιήσετε Aetol. I Magn. n. 91 d 8; δώσει IG. IX 2 n. 198,6 (inferioris aetat.) vulgari sermoni attribuenda sunt. Thumb. Handb. 183.

§ 49. De infinitivis.

1. Ut in omnibus fere occidentalibus Graecae linguae dialectis infinitivi praesentis et aoristi verborum in -μι cadentium terminatione -μεν affixa formati sunt: Epir. εἶμεν 1338,9; 1339,9; [1345,3]; I Magn. n. 32, 26, 43; δόμεν ibid. vv. 38, 47. — Acarn. 1379, 14, 19;

1380 a 7, 11 et partim aut totum restitutum 1380 b 5, 7; 1380 c 6, 9; I Magn. n. 31, 17, 18, 29, 41; *δόμεν* ibid. vs. 34; *ἀναθέμεν* vs. 40; *δόμεν* IG. IX 1 n. 442,5. — Aetol. *εἶμεν* ter decies in titulis 1409; 1410; 1411; 1413; 1415 et bis suppl. in tit. 1413; 1424; *ἀναθέμεν* 1413,32; *διδόμεν* 1413,25; *δόμεν* 1412,7; 1413,33; *ἀποδιδόμεν* 1424,9; *[τιθέμεν]* 1413,6. — Aenian. *εἶμεν* 1432 b 9. — Phthiot. *εἶμεν* 1439,5; 1440,6; IG. IX 2 n. 107,5. In tit. IG. IX 2 add. p. X n. 205 a pacto Thebanorum et Halensium c. a. 145 a. Chr. n. facto *εἶμεν* vs. 12; *δόμεν* vs. 17; suppl. *ἀ[ναθέμεν]* vs. 14. Infinitivus aoristi passivi hac eadem terminatione fictus est: Epir. *τιμαθῆμεν* 1339,8; *ἐπιμεληθῆμεν* I Magn. n. 32,36; [1]) Phthiot. *ἀποδοθῆμεν* 1447,10; *κριθῆμεν* IG. IX 2 add. p. X n. 205 a 11, 12.

Inde ab initio II a. Chr. n. saeculi pro hoc solito infinitivo ex Attico et Communi sermone vulgaris infinitivus in *-ναι* exiens paulatim irrepsit. e. g. Phthiot. *εἶναι* 1441,6 (aa. 279—193 exar.); IG. IX 2 n. 89 b 22, 30, 31 (medii II a. Chr. n. saec.); ibid. n. 219,9 et ad hanc formam restitutum n. 220,5; *δοῦναι* IG. IX 2 n. 89 b 33 et n. 103,10. *εἶναι*, quod legitur in catalogo libertorum Aenian. IG. IX 2 n. 25 a 1, incertum est. Haud aliter in his eisdem titulis infinitivus aoristi passivi in *-ναι* exit: *ἀνακηρυχθῆναι* IG. IX 2 n. 103,5; *ἀναγραφ[ῆ]ναι* ibid. vs. 7; *ἀποκριθῆναι* ibid. n. 89 b, 26; restituta terminatione *ἀντιγ[ραφῆναι]* Aenian. IG. IX 2 n. 11,45. Infinitivi perfecti terminatione *-ναι* utuntur: *νενικηκέναι* IG. IX 2 n. 89 b 21 et partim suppl. vs. 16; *παραγεγονέναι* ibid. vs. 13.

In decreto Epirotarum n. 1340,8, quo Agrigentini proxenia donati sunt, inusitata infinitivi forma *δόμειν* scripta est. Iure, si quid video, Cauer, Del.[2] n. 200 propter hanc formam Rhodiam hunc titulum ab homine Agrigentino in aere incisum esse iudicavit, cfr. Baunack, Index; Thumb, Handb. 201; Brugmann, Gr.[3] 360 sqq.; G. Meyer, Gr.[3] 665. Quam ob rem neque in tit. 1342,3 *[δό-*

---

[1]) In titulo Dodonaeo 1578,7, qui fortasse Epirotarum est, *γραφθῆμεν, σαμανθῆμεν*, leguntur.

με]ιν neque in tit. 1335,8 *[δόμειν]* scribendum esse putaverim, sed usitatam Epiroticam formam *δόμεν* suppleverim.

Inusitata infinitivi forma *βάμεναι*, quae legitur in epigr. Acarn. Mitt. XXVII p. 342 n. 22,6, Epicorum affectationi tribuenda est.

2. Infinitivi verborum thematicorum quae dicuntur ex legibus nostrarum dialectorum semper in *-ειν* (< **εεν*) exeunt, cfr. § 22 A 2.

3. Exitus infinitivi aoristi activi generis *-σαι* semper servatus est. Haud aliter *-σθαι*, qua terminatione infinitivi medii generis praesentis, aoristi, perfecti, futuri temporum in omnibus linguae Graecae dialectis formati sunt, numquam suo loco summotum est. Brugmann, Gr.³ 360; G. Meyer, Gr.³ 669.

§ 50. De participiis.

Participium medii verborum in *-εω* cadentium in *-ειμενος* < *ε-εμενος* desinit: Aetol. I Magn. n. 91 c. *ἀφικνειμένοις*. Haec participii forma, quae dialectorum vicinarum gentium Delph., Phoc., Locr., El., Boeot. propria est, ad normam infinitivorum *ποιεῖσθαι* cet., qui *-ει-* < *-ε-ε-* iure habent, exstitit. Cfr. Brugmann, Gr.³ 269 adn.; Thumb, Handb. 183; Buck, Gr. D. 115. Praeter hoc unum exemplum formae, quam e Locrensium exemplis antiquissimis (*(ε)νκαλειμένοι* 1478, V a. Chr. n. saec.) apud Aetolos olim usitatam fuisse concluserim, vulgares formae in *-εομενος*, *-ουμενος* ubique reperiuntur, cfr. § 22 B 10 e.

§ 51. Syntactica.

1. *De coniunctivorum et optativorum usu.* In sententiis conditionalibus Epirotae et Aetoli aut coniunctivo cum particula *κα* coniuncto aut, nullo discrimine facto, vel in eodem titulo optativo hac particula non addita utebantur: Aetol. *εἴ κα μὴ δοθῆ[ι]* 1409,3; *εἰ δέ τίς κα ἄγει*

1410,5; εἰ δέ τίς κα ἄγηι 1411,12 et Ἐφ. ἀρχ. XXIII n. 8 γ 15; εἰ δέ κα ἀποπολιτεύωντι 1415,16; Epir. Εἰὰν δέ τίς ἐφά-[πτηται] 1348,5; Aetol. Ἐφ. ἀρχ. XXIII n. 1 (c. a. 275 a. Chr. n. exar.) vs. 6 εἰ μέγ κα... συγχωρέωντι, vs. 25 εἴ τίς κα ἐμβάλληι sed: vs. 26 καὶ εἰ τίς — — — ἐμβάλλοι, vs. 29 εἰ δὲ πλειόνων χρείαν ἔχοιεν, vs. 34 εἰ δὲ πλείονα χρόνον ἔχοιεν. Cui consuetudini sermonis hoc repugnat exemplum: in titulo Naupoctoorum 1425, qui Aetolorum aetate incisus est, εἰ cum coniunctivo omissa particula κα legitur: εἰ δὲ (μὴ) θρέψει vs. 5. Plurima huiusmodi exempla in Locrorum (1478 ap. Coll.), Phocensium, Delphorum titulis inveniuntur; quare hoc nostrum exemplum ex antiqua Aetolorum dialecto resedisse concluseris. Cfr. Jacobsthal, Gebrauch d. Tempora u. Modi in d. Kret. Dialektinschriften IF. XXI Beiheft 87 sqq.; Thumb. Handb. 184. — In titulo Naupact. 1424,9, qui Aetolorum aetate exaratus est, Jacobsthal l. c. p. 91 levissima emendatione facta εἰ δέ τίς κα<τ>άγοι iure, si quid video, posuit, nam praeter ea exempla, quae ab eo e Locr., Delph., Corcyr. titulis afferuntur, in decreto quodam foederis Aetol. 1413,20 intra aa. 179—172 a. Chr. n. facto εἰ κα cum optativo coniunctum legitur: εἰ δέ τίς κα ἄγη ἤ ῥυσιάξη ἤ ἀποβιάξαιτο ἤ διεγγυάση... Quam loquendi consuetudinem apud Aetolos ab antiquissima aetate traditam esse e Locr. (1479,4 ap. Coll.) Corcyr., Ach. Delph. exemplis concludere licet. [1])

2. *De ordine vocabulorum.* Cfr. Buck, Gr. D. 128. Ut in sermonibus Graecorum occidentalium, τις ante κα (ἀν) voculam positum est, e. g. εἴ τις κα Ἐφ. ἀρχ. XXIII n. 1,25; εἰ δὲ τίς κα Aetol. 1410,5; 1411,12; 1413,20, qui tituli III—II a. Chr. n. saeculo non sunt recentiores. — Εἰὰν δε τις..., quod legitur in tit. Epir. 1348,5, ex Attico et Communi sermone irrepsisse putaveris; v. de κα : ἀν

[1]) εἰ ἄν (κέν) cum optativo apud Homerum 16, apud scriptores Atticos aliquoties, apud poetas elegiacos semel (Theogn. 1117) usurpatum est. Quo modo haec loquendi consuetudo exstiterit, optime Brugmann, Gr.[3] 507 explicavit.

§ 1 d. In decreto Amphict. Aetolorum aetate facto 1409 A (Coll. Becht. Bd. II p. 671 adn.) *τις post κα* particulam positum est: *εἴ κά τις αὐτὸν ἀδικῆι.* Quem inusitatum vocum ordinem, quem aliquoties in Delphorum titulis reperias (Jacobsthal p. 144), mixto cuidam Delph. (Amphictyonum) dicendi generi attribuerim. Cfr. J. Baunack ap. Coll. II pp. 662, 672.

3. *παρά* c. acc. (pro dat. loc.). Cfr. quae de hac re disputaverunt R. Günther IF. XX 131 sqq., Solmsen, Rhein. Mus. LXI 495 sqq. Iure et acute hic contendit easdem Graeciae gentes, quae *ἐν* cum acc. usurparent, *παρά* cum acc. (non dat. loc.) coniunxisse; quam consuetudinem ab antiquissimis temporibus esse traditam. Attamen, quantum e paucis titulorum exemplis videre licet, huic regulae quaedam repugnant: in Acarnanum titulis, cum solam formam *εἰς* c. acc. agnoscant, [1]) semel *παρά* „apud" c. acc. coniunctum legitur in manumissione quadam II a. Chr. n. saeculi: IG. IX 1 n. 447,7 *παραμεινάτω δὲ [πα]ρὰ Διονύσιον* et ex hoc exemplo suppl. ibid. n. 448,6. Vice versa in Phthiot. titulo eiusdem aetatis, licet Phthiotae saepissime *ἐν* c. acc. coniunxerint, *παρά* cum dativo usurpatum invenitur: *παραμενοῦντι δέ οἱ προγεγραμμένοι παρὰ [Μενε]κλεῖ* 1461 II 61. In Aetol. sermonis monumentis, qui *ἐν* et *εἰς* alterum iuxta alterum habent, est *παρά* c. acc.: *ἁ ὠνὰ κεῖται παρὰ Ξένωνα Φίστυον* 1428 i 11. Hic titulus saeculo II a. Chr. n. incisus est. Epir. tituli, in quibus *εἰς* c. acc. usitatum est, semel *παρ'* c. dativo coniungunt: *ἀμπέλους παρ' Κόται* 1365,9. Quamquam dativus *Κόται* non satis certus est, v. Baunack, Index.

§ 52. Vocabula rara.

1. *ἅματα*, quod in pacto Aetolorum et Acarnanum *Ἐφ. ἀρχ.* XXIII n. 1, 2, 24 legitur, probabiliter eandem habet vim quam *ἁπλῶς καὶ ἀδόλως.* Cfr. quae de hac

---

[1]) Cfr. § 5, 2 b p. 40

singulari voce disputaverunt J. Baunack. Philol.. LXV 317, 475 et LXVI 597 sqq; W. Schmidt, Philol. LXV 637; C. Marstrander, Philol. LXVI 160; Sotiriadis, Ἐφ. ἀρχ. XXIII 74; Buck, Gr. D. 223 sqq.

ἀμετάθετα καὶ ἀμετεπίγραφα sc. *ἀναθήματα φυλάττεσθαι* Aenian. IG. IX 2 n. 32,4 (I fere a. Chr. n. saec.). — *ἀμετάθετος, -ον* „quod permutari non potest", „firmus", „stabilis", „constans" apud Polyb., Plut. invenitur, *ἀμετεπίγραφος, -ον* quod alias, nisi fallor, non legitur, e verbo *μετεπιγράφω* (Plut.) formatum est.

ἄνπαλον Aetol. 1415,15, „substantivum ab *ἀνά* et *πάλλω* derivatum, vicissitudinem significans." Dittenberger, Sylloge[2] n. 425,12; Herwerden, Lex.; supra § 23,1.

ἀποπολιτεύωντι Aetol. 1415, 16, eodem sensu est verbum medium in tit. Phoc. 1539,55, Herwerden, Lex.; Searles, Lex. st. 21 „change citizenship".

ἀρχέσκοποι (nom. pl.) *Ἀθηνᾶι Πολιάδι* IG. IX 2 n. 1322,1 (litt. ΑΠΟΣ IV—III, ut videtur, a Chr. n. saec.). Hoc compositum alias non invenitur.

ἀχνηκότας Aetol. 1411,14; *ἀγνηκώς* Aetol. 1413,6. Cfr. § 26,3.

βα[ρ]νάμενος (= *μαρνάμενος*), quod legitur in epigr. sep. Acarn. IG. IX 1 n. 521,2, etiam Corcyrae epigr. VI a. Chr. n. saec. n. 3189,2, in tit. Att. CIA. IV b 446 a, 51, V saec. invenitur. Herwerden, Lex.

γαϊκόν· »γηικόν, περί γῆς ὅρων· μόνον ἐνταῦθα« Ἐφ. ἀρχ. XXIII n. 2,2 (Sotiriadis).

γραμματιστᾶ Epir. 1334,6 (IV a. Chr. n. saec.); *γραμματίστας* „scriba", quod ap. Boeotos n. 807 b 7, Delphos n. 2502, 49, 88 (IV saec.) et BCH. XXVI n. 41,64 (IV saec.), ad Boeot. verbum *γραμματίδδω* refertur = *γραμματεύς* ad *γραμματεύω*. V. Buttenwieser, IF. XXVIII 66 sqq.

δοῦλος εὔμοι[ρ]ος IG. IX 2 n. 88,4 (infer. aetat.), *εὔμ⁰*. nimirum de servo Christi dictum est.

ἐγκόνιμα acc. sg. Aenian. 1436,2, „locus ubi palaestritae corpus pulvere conspergebant". Ex *ἐγκονίομαι* derivatum est. Cfr. *ἐνδιαίτημα* : *ἐνδιαιτάομαι, ἐνόρμισμα* : *ἐνορ-*

μίζω. In derivandis vocibus Communis sermonis aetate saepe usurpabant *-μα* V. Buttenwiser, l. c. 76.

Ἑλλαδάρχην Aenian. IG. IX 2 n. 44,9 „magistratus quidam Rom. aetate". Cfr. *ἀσιάρχης, Ἑλληνάρχης.* Herwerden, Lex.

ἐπιλεκταρχεόντων Aetol. *Ἐφ. ἀρχ.* XXIII n. 1,16. *ἐπιλεκτάρχαι* „qui electis militibus *(οἷς ἐπιλεκτοίς)* praeerant"; alias in Aetol. monumentis non commemorantur.

εὐαμερημάτων Aetol. 1413,4 „victoria", „res secundae". *Εὐημέρημα* a scriptoribus posterioris aetatis usurpata est. Cfr. quae de *-μα* suffixo supra dixi. Doricum *ᾱ* servatum est!

εὐθυωρίαι = »*κατ᾽ εὐθυωρίαν, κατ᾽ εὐθεῖαν*«. *Ἐφ. ἀρχ.* XXIII n. 2,6. Sotiriadis l. c. p. 79.

θεοκολευούσας Ἀλκήστιος Aetol. 1428 i, 3; *θεοκολεύειν* = *ἱερεύειν.* *°κολεύειν* pro *°κολεῖν,* quod legitur in Aetol. tit. IG. IX 1 n. 421,2 *θευκολήσασαι,* fortasse ex analogia verbi *ἱερεύειν* fictum est.

ἡμιθωράκιον Aetol. *Ἐφ. ἀρχ.* XXIII n. 1,38 verbo *πανοπλία* oppositum est. Apud Plut. II 596 D. et Poll. Naucr. invenitur.

κατάμονα Aetol. 1411,8. *κατάμονος* = *μόνιμος,* verbum Polybianum, in titulo n. 933,8, Dittenberger, Sylloge².

κοινᾶι adv. „una cum", „coniunctim" Aetol. *Ἐφ. ἀρχ.* XXIII n. 1,13. V. G. Meyer, Gr.³ 484.

[λυ]τρώσει dat. sg. Aenian. IG. IX 2 nn. 27,6; 28,3 (I fere, a. Chr. n. saec.). *λύτρωσις* „redemptio" ap. Plut.; „salus divinitus" in NT. est.

ὅπαι κα: Epir. 1359,8: *[...τρα]πεῖσθαι ὅπαι κα θέλη[ι...]* 1357,5 „ubicunque". G. Meyer, Gr.³ 484; Herwerden, Lex.; cfr. *κοινᾶι* supra.

παντοβαρής „omnibus gravis" in epigr. Acarn. IG. IX 1 n. 489,3. Cfr. multa alia *παντο-βίης, -γήρως, -γόνος, -δαής* apud poetas.

ποθῆκον (= προσῆκον) Aetol. I Magn. n. 91 d 5.

ποθόδωμα (= πρόσοδος) Epir. 1339,5 et suppl. ibid. 1338,4. Eadem vocis forma Boeoti utebantur: *ποθοδωμάτων* 488,160, Sadée, Boeot. Dial. 180; Buttenwieser IF.

XXVIII 69. Iuxta *ποθόδωμα* (non. *πόθοδος* = *πρόσοδος* ut Dittenberger, Sylloge[2] 295 not. 9 voluit) in Aetol. tit. 1413,20 *ποτίστασις* dictum est. In his tribus vocibus compositis praepositio *ποτί* servata est, cfr. § 28,1 b *γ*.

προένγυοι (= ἔγγυοι) Acarn. IG. IX 1 n. 442,7 (ineuntis IV a. Chr. n. saec.). Dittenberger, Sylloge[2] n. 478 not. 4, alibi semper simplex *ἔγγυος*, *ἔγγυοι* legi dixit, sed fugit eum *προωγγύως* (acc. pl.) ter in tab. Heracl. I 100, 104, 107 reperiri.

προνομία, *προπραξία*: IG. IX 1 n. 442,5 *προνομίαν*. Obscurum aliquod privilegium hoc nomine significari Dittenberger l. c. dixit. Mihi videntur Acarnanes hoc nomine omnino ius cum senatu et populo agendi appellavisse. Quod ius subsequente voce *προπραξίαν* (acc.), i. e. „ius c. s. et p. ante alios agendi", definitum est, i. e. *προνομίαν προπραξίας*, quod Graeci plerumque vocibus *πρόσοδον πρὸς βουλὴν καὶ δῆμον πρώτοις* indicabant.

σιταρχέω: *σιταρχούντω δὲ τοὺς... στρατιώτας* Aetol. *Ἐφ. ἀρχ.* XXIII n. 1,33 „frumentum comparanto militibus". *σιταρχία*: ... *διδόντω τὰς σιταρχίας; σιταρχία δ' ἔστω [... στα]τὴρ Κορίνθιος* ibid. vs. 35, de rebus ad victum necessariis (non de praefectura rei frumentariae) dictum est. Pro *ἀρκ-* stirps in compositis usitatissima *ἀρχ-* substituta est.

ταγός aliquoties in Aenianum et Phthiotarum titulis nominatur: *ταγοῦ* IG. IX 2 n. 34,5; *[οἱ τ]άγοι* ibid. n. 11,1 (tit. urbis ignotae); *ταγούς* Phthiot. IG. IX 2 n. 219, 12, 13 et restit. ibid. n. 220, 8, 10; *ταγῶν* 1447,4 et IG. IX 2 nn. 81,3. — *ταγευ[όντων] ἐν Λαμίαι* IG. IX 2 n. 66 b 1 et totum restit. 1447,2. Haec vocabula notum est saepe in Thess. titulis inveniri. Delphis curatores sive administratores *ταγοί* appellabantur, Herwerden, Lex. Cfr. inter se *στράταγος*: *στραταγέω* et *ταγός*: *ταγέω*, quam formam apud Aesch. (Pers. 764) habes. Usitatum *ταγεύω* fortasse ad *βασιλεύω*, *γραμματεύω* cet. formatum est. V. supra *θεοκολεύω*.

[υἱο]ποιΐ[αν] IG. IX 2 n. 110 b 2, quod praeterea non nisi in duobus Thess. tit. IG. IX 2 n. 549,7 et n. 1042,45 (I post

Chr. n. saec.) invenitur (verbum *υἱοποιέω* apud Polyb., Diod. cet.), idem est, quod plerumque vocibus *υἱοθεσία, εἰσποίησις, υἵωσις* (apud Aeoles) „adoptatio" indicabatur.

ὑποδηματάριος „sutor" Aenian. IG. IX 2 n. 16,16 (II post Chr. n. saec.). Cfr. *ὑποδηματοποιός, ὑποδηματοῤῥάφος, ὑποδηματουργός*, Herwerden, Lex. Append.

ὧς „ubi" in tit. Aetol. 1415, 3, 7, quod Dores pro *οὗ, ὅπου* usurpabant. Hiller, Indices, *ὧς* vocula hic comparationem indicari dixit.

2. Antiquissimis temporibus Phthiotae more vicinorum Thessalorum paternam originem adiectivo e patris nomine derivato indicare solebant. Hanc dicendi consuetudinem invenimus in tit. vetusto IG. IX 2 n. 199 *Μεθίστας Πιθούνειος*, cfr. § 3,6 p. 31. Huiusmodi adiectiva patronymica quae dicuntur praeterea in his Phthiot. titulis sunt servata: *Ἀμύνανδρος Μαχάειος* 1453,2 (c. a. 200 a. Chr. n. exar.); *Φυλίκα Εὐβιότεια* 1460,1 (litt. A); *[Ἀρι]στοκράτει[α] ...τταρακεια* 1473,1 = IG. IX 2 n. 141,1; haec vox exitus est adiectivi patron. *[Βα]ττaράκεια.* — IG. IX 2 n. 155 (litt. A exar.) *Βουλίχα Δικ<κ>έτει[α]* Kern; *Διϊκκέτας : Δικκέτεια* Hiller, Indices. In stela sepulcrali Macedonicae aetatis IG. IX 2 n. 201,1 *Πετθαλ[ός] Σιμμίαιο[ς]* = „Thessalus Simiae filius" nominatur, cfr. § 30 C 1; etiam in titulo IG. IX 2 n. 151 (litt. AΓ exarato), quantum e forma nominis concludere licet, homo Thessalus commemoratur *Ἄν[δ]ρου[ν]* (pro ^{0}*-ων*) *Πυλά[δ]ειος*.

Summarium.

Postquam supra elementa nostrarum dialectorum suis quaeque locis tractavimus, reliquum est, ut quibus in rebus dialecti singularum gentium inter se consentiant, quibus discrepent nonnullis exemplis allatis breviter summatimque demonstremus.

A. 1. *Epirotarum* tituli mixto quodam Communis sermonis genere scripti sunt. Quod, cum haud pauca genuinae Doridis propria servaverit, nonnulla mutaverit ad normam eius dialecti, qua ab ineunte IV fere a. Chr. n. saeculo Attici et Iones utebantur, postea ceterae Graecae gentes uti coeperunt,[1] Dorica *κοινή* appellari potest. Ex antiqua et genuina Doride haec imprimis resedisse putaverim: ᾱ tenacissime servatum (§ 2); exitus dat. sg. -*ωι* (§ 18); ᾱ + ο > ᾱ (§ 22 B 5); ᾱ + ω > ᾱ (ibid. mom. 7); ε + ᾱ̆ > η in acc. sg. *εσ*- et *ευ*- stirpium (ibid. mom. 8); apocope praepositionum *ἀνά* et *παρά* (§ 23); -*τι* et -*ντι* in III p. sg. et pl. (§ 28); *F* servatum (§ 29, 2); gen. sg. *ι*- stirpium in -*ιος*, dat. in -*ι*, gen. pl. in -*ιων* desinentes (§ 37); nom. pl. articuli *τοί*, pronominis *ὅδε* : *τοίδε* (§ 44, 1, 2); aor. -*ξ*- (§ 48,2); infin. in -*μεν* (§ 49).

Quod *ει* et *ου* iam antiquissima aetate satis clause ab Epirotis pronuntiata sunt atque satis mature in monophthongos sonos ę̄ (> *i*) et ǭ (> *u*) abierunt, ut optime ex *ε* : *ει* : *ι* : *η* (§§ 3,2; 5,4 a; 10,2 a, b, 3, 4; 45,5) et *ο* : *ου* : *υ*

[1]) Cfr. R. Meister, Gr. D. II 81 sqq.; Thumb, Hellenismus, passim; Kretschmer, Entstehung; Schweizer, Pergam. Inschr. 18 sqq.; Wackernagel, Kultur der Gegenwart I 8 p. 302; Buttenwieser, IF. XXVIII 16 sqq.

(§§ 6,2 a, b, c; 8,3 b; 11,1; 20,2; 22 A 5) promiscue usurpatis apparet, hanc loquendi consuetudinem non ab antiquo Locr., Phoc., Delph. sermone („Nordwestgriechisch") traditam esse putaverim, sed Epirotas cum Corcyraeis (colonis Corinthiorum) eam communem habuisse, quibuscum etiam in -εο- in -ου- contracto in verbis, non contracto in nominibus congruisse videntur (§ 22 B 10 e).

Communi dialecto haec attribuenda videntur: ἱερ- (§ 1); γιγν- > γῑν (§ 10,1); εἰ pro αἰ sed κα (§ 1 et § 13,3); loc. in -οι (§ 18); Atticae formae numeralium τρεῖς, εἴκοσι, διακόσιοι cet. (§§ 28, 45, alias); πρῶτος pro πρᾶτος (§ 22 B 12); I p. pl. in -μεν exiens (§ 46). Insuper recentiores formae in locum antiquarum, quas supra enumeravi, successerunt.

2. *Acarnanum* inscriptiones simillimo quamquam non prorsus eodem dicendi genere scriptae sunt atque Epirotarum tituli. Neque enim Acarnanes antiquissima aetate *e* et *o* sonos spurios ita ut Epirotae sed morem „severioris Doridis" secuti pronuntiasse videntur. (§ 36 et παραμήναι IG. IX 1 n. 447,8, quod exemplum supra non attuli). — Praeterea in Acarnanum dialecto haec (quamquam satis incerta) ad vetustam Boeot. Thess. dial. referenda videntur -τ- < -ττ- (-τθ-): Πετάλου (v. p. 120), in quo nomine labialis Achaeae est originis.[1]) Nomina masc. gen. in -α exeuntes Acarnanes una cum Aetolis, Leucadiis, Cephallenibus, Boeotis, Thessalis inde ab antiquissima linguae Graecae aetate servavisse videntur (§ 35); denique παρὰ τινά „apud aliquem" commemorandum est (§ 51).

B. Commune illud dicendi genus, quo *Aetolorum Aenianum, (Maliensium), Phthiotarum* tituli scripti sunt, ex antiqua Locrorum, Phocensium, Delphorum lingua ortum, aetate foederis Aetolici et foederis Achaei non solum harum gentium dialectos sed etiam Boeotorum et in Peloponneso Arcadum, Messeniorum, Lacedaemoniorum ser-

---

[1]) -τ- pro -ττ- = -σσ- esse in nomine oppidi Μέταπα Kretschmer, Einleitung in d. Sprachwissenschaft I 159 docuit.

mones aliquantum aequavit et sui similes reddidit. Haec Communis dialectus, quam potissimum Aetolicam (vel Aetolo-Achaeam) κοινήν appellaverim, plurimis in rebus cum Dorica Communi dialecto Epirotarum et Acarnanum consentit, discrepat in nonnullis, quae ex „Antiqua Achaea" dialecto in se recepit, ut praepositionem ἐν c. acc. usurpatam (§ 5); participia medii generis in -ειμενος pro -εομενος desinentia (§ 50); -ττ- (-τθ-) = -σσ- (p. 120 et in mom. A 2 huius §); παρὰ τινά (§ 51), aut quae postea exstiterunt nova ac propria, ut dat. pl. III declinationis in -οις exiens (§§ 37—43); verba in -εω pro -αω exeuntia et in -ηω pro -εω desinentia (§ 48); εἰ c. coniunctivo, εἰ κα c. optativo posita (§ 51); εἰ κά τις (51,2).

Phthiotarum tituli praeter ea, quae supra attuli, nonnulla alia habent, quae ab Achaea aetate tradita putaverim. Primum commemoranda sunt adiectiva patronymica (§ 52); deinde labialis in nomine hominis Πέτθαλος et τθ pro ττ in eodem nomine positum; nomen Apollinis dei Ἄπλουνι (§ 3,6); -ου- pro -ω- in vetusto nomine Πιθούνειος positum (§ 52); Σουσι- pro Σωσι-, Ἀν[δ]ρού[ν] pro ^{0}ων et -ρσ- pro -ρρ- (§§ 22 B 4, 30 C 2) incerta sunt. Nomen magistratus cuiusdam ταγός, quod etiam in Aenianum titulis legitur, posteriore aetate e Thess. sermone se insinuasse crediderim (§ 52).

Qua aetate Epirotae et Acarnanes Doricam κοινήν Aetoli, Aenianes, Phthiotae suam Aetolicam κοινήν *vulgari (Atticorum) dicendi consuetudine* permutaverint, imprimis ex η pro ᾱ posito videre licet (§ 2). Alia insignia huius linguae sunt: αι > α (§ 12); οι > ο (§ 14); ᾱι -ηι, -ωι in exitu vocis in -ᾱ, -η, -ω mutata (§§ 16–18): gen. masc. in -ου (pro -ᾱ) (§ 35); ν ephelcysticum (§ 34); gen. pl. in -ων pro -αν (§ 35,2); gen. sg. ι stirpium in -εως (§ 37); acc. sg. ευ- stirpium in -εᾱ, gen. sg. in -εως (§ 38); ε + ο > ου (§ 22 B 10); ε + ω > ω (ibid. mom. 12);

gen. sg. *σ*- stirpium in -*ου* (§ 43); futurum et aoristus Atticorum more ficta (§ 48,2,3); infinitivi in -*ναι* pro -*μεν* (§ 49); III pl. p. in -*ουσι* (pro -*οντι*), III sg. p. -*σι* (pro -*τι*) (§§ 28, 46); imper. in -*τωσαν* et -*ντων* (§ 46,1 c); -*σαν* pro -*αν* (§ 46, p. 160).

In titulis Aenianum et Phthiotarum, qui *post* Chr. n. incisi sunt, *vestigia inferioris aetatis* inveniuntur, ut *ε* = *αι* (§§ 3,7 et 12,2); *ι* = *ει* (§ 10, 2 a, b); *υ* = *οι* (§ 14,2); *ι* + *ει* > *ει* = ī (§ 22 C 8); *τõν ἀνγγέλον* (§ 24 c); *κῖμεν*, *ἔ[σ]-θομεν* (§ 46,2 a); quaedam vocabula § 52 enumerata.